
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

~~Elsevier.~~
~~B H~~
KW. 235
E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Vixit auctor tempore Thuani in Gallia. vid. mox post
præfat.

Rare & très-eſtimé. (Picherell, catholique très-modéré, etoit le
contemporain & l'ami de M. de Thou.) Bibl. Goens. T. I. p. 9

De hac Opusculorum Picherelli editione vid. Colomesii
Opp. p. 403. itemque p. 26. sq.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

PETRI PICHERELLI

viri Doctiſſimi,

OPVSCVLA THEOLOGICA

QVÆ

Reperiri potuerunt, partim antea, partim nunc primum edita.

Quorum Catalogus infra ſequitur.



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ ELSEVIRIANA.

ANNO CIↃ IↃ C XXIX.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

LECTORI.

QVis fuerit Petrus Picherellus horum opuſculorum autor, etſi ejus modeſtia (qui quamdiu vixit ſeceſſum amavit, & extra hominum turbam ſtudiis ſuis vacare potius elegit, quam in publicum prodire) multos celaverit: non potuit tamen tanta eruditio ita in obſcuro latere, quin ſcintillæ & igniculi ſubinde erumperent, & doctis viris innoteſceret, qui ſibi tantum & muſis canere voluiſſe videbatur. Nec ſane ei fuit animus, talentum ſibi à Deo concreditum condere, & inutile ſervare in adventum Domini; cum perdius & pernox, in Sacris Scripturis verſandis & interpretandis ſudaverit; in quo ſtudii genere, quam exactam adhibuerit dili-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

gentiam, quam inſtructus fuerit omnium bonarum literarum ſupellectile, pauca quædam quæ vivens, potius ſibi ab amicis ſurripi ſivit, quam ſponte emiſit, teſtimonium reddiderunt. Habebat enim in animo, ut ab iis quibus nota erant ipſius conſilia accepimus, totius novi inſtrumenti ſolidam ἐξήγησιν, uno & eodem tempore, cum harum rerum ſtudioſis communicare, quam magno labore & induſtria paraverat. Sed, cum dierum & ævi ſatur, ad meliores ſedes revocatus fuiſſet, non tales reliquit hæredes, quos eadem cura tangeret; quorum ſive negligentia, ſive alia culpa accidit, ut vix ſpes aliqua affulgeat, fruendi unquam tanto theſauro. Interim cum in manus noſtras veniſſent nonnulla antea edita, ſed paucis communicata, & quorum exemplaria non amplius reperiebantur; & alia ab amicis deſcripta, ante aliquot annos fuiſſent ad nos tranſmiſſa, in eum finem ut ea

publi-

publici juris faceremus, eorum deſi-
derio quominus hactenus fuerimus
obſequuti, obſtitit expectatio, alio-
rum ejuſdem autoris tractatuum qui
nobis aliunde promittebantur. Sed
cum ſpes hæc noſtra hucuſque fuerit
irrita, ne partibus noſtris deeſſe vi-
deamur, cum alii ceſſant qui plura
poſſent & deberent; quod nanciſci
potuimus, bona fide exhibemus, in
publicum bonum, ut qui hoc raræ e-
ruditionis, ſimul & candoris ſpeci-
mine capientur, ſi qua polleant gra-
tia, apud eos qui aliis ex eadem the-
ca theſauris incubant, ab illis obti-
neant, ut lampadem illam accendi
curent, vel aliis accendendam per-
mittant, quæ ſua luce tenebras mul-
torum diſcutiat. Quod ſi qui ſint qui
nobis de Picherello non ſatis cre-
dant, & judicio noſtro non tantum
tribuant; etſi ſe lectoribus ſuis ſatis
probaturus ſit, initio tamen vades &
ſponſores dabimus, quorum elogia
cum legerint, manus nobis daturos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

confidimus, ut de illo viro, eam concipiant opinionem, quæ eos ad lectionem libellorum iſtorum accendat, quorum poſtea, ſi quidem docti ſint & candidi, judicium expectabimus non minus æquum, quam ſunt ſequentia, quorum primum erit,

---

Iacobi Avg. Thvani

In libro IV *de vita ſua, ad annum* cIↄ Iↄ xxcix.

Svb veſperam, Theodorici Caſtrum ingreſſus Thuanus, cum tympanum propter cuſtodiam nocturnam pulſaretur, inter armorum ſtrepitum, in via obvium habuit *Petrum Picherellum*, Firmitate Auculphi in proximo natum, & in Eſſomenſi cœnobio, olim monaſticam profeſſum; hominem trium linguarum periti ſſimum, & acutiſſimi judicii, qui Ioanni Vatablo olim, cum Io. Salignaco & Io. Mercero, operam navaverat,

verat, qui prenſum habenis equum ſiſtit, ad quem repente converſus Thuanus, cum ecquid inter arma & tubas iſthic locorum ageret, percontaretur, ille & diverſorium ſuum in proximo oſtendit, & ea die, quatuordecim horis obfirmatis contra ſtridores & horrores auribus, dixit, qua & annum ætatis LXXIX clauſerit, & finem elaboratis in B. Paullum commentariis impoſuerit, abſoluta ad Philemonem Epiſtola, jamque omnia deſcripta habere, prœlis, cum commoditas ſeſe offerret, committenda, quod ut contingeret, pro votorum ſumma exoptare: ſe iſtius ætatis nullam adhuc corporis magnam debilitationem ſentire, oculis & auribus integris valere, mentis priſtinam vim ſervare, ſed ut juvenibus multa accidere certum ſit, quæ ipſos ſeneſcere non ſinant, ſic certiſſimum eſſe, ſenes diu vivere non poſſe. Huic Thuanus, poſt elaboratos in B. Matthæum & Lucam commentarios autor fue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

rat, ut in Paullum ſcriberet, & ille, eo autore munus injunctum alacriter ſuſceperat; quod in eo interpretandi genere, paucos admodum digne ſe exercuiſſe arbitraretur. Nam extra cauſam Relligionis diligentiam Th. Bezæ laudabat; ſed poſt ejus meſſem, magnum ſibi & aliis ſpicilegium relictum dicebat. Sed mala ſorte accidit, ut haud multo poſt placidiſſima ejus morte ſecuta, res omnis ad hæredes devenerit, homines litigioſos, qui dum ſe Cadmæa victoria utrimque conficiunt, pretioſam illam avunculi ſuppellectilem diſſipari, & in manus alienas tranſire paſſi ſunt, à quibus vix ſpes eſt ut redimi & ad publicam utilitatem prodire poſſint.

EIVS-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

EIVSDEM THVANI

Hiſtoriæ libro XXVIII *ad annum Chriſti* cIↄ Iↄ LXII.

IBidem utrimque de imaginum cultu conſultatum fuit, & reginæ juſſu, ex Valentini & Sagienſis Epiſcoporum, Butillerii, Eſpencæi, Picherelli theologorum conſilio, hæc capita propoſita fuerunt &c.

De l'Hiſtoire Eccleſiaſtique des Egliſes Reformées de France, Tom. I. l'An 1561. pag. 692.

Les conferens du coſté des Theologiens, furent Maillard Doyen de la faculte de Sorbonne, les docteurs Salignac, Deſpenſe, Boutiller, &c. avec un homme docte nommé Picherel. Du coſté des miniſtres eſtoient Marlorat, de Beze &c.

Item Pag. 693.

Car quant aux images de la Trinité, elles furent expreſſement condamnées, comme illicites & deteſtables, par les plus doctes d'entreux, à ſçavoir Deſpenſe, Boutiller, Picherel, & Salignac.

Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Item pag. 704. en la harangue de Beze touchant les Images, en preſence de la Reine Mere.

Dont i'appelle a teſmoin vous, Meſſieurs Salignac & Picherel qui en avez auſſi doctement parlé en cette compagnie.

Quæ ſic latine ſonant.

1. Collatores ex parte Theologorum fuerunt Maillardus Sorbonicæ facultatis Decanus, Eſpenſæus, Butillerus, &c. cum viro docto, qui vocabatur Picherellus. Ex parte Miniſtrorum erant Marloratus, Beza &c.

2. Ad Imagines Trinitatis quod ſpectat, expreſſe fuerunt condemnatæ, tanquam illicitæ & deteſtandæ, à doctiſſimis inter eos, nempe Eſpenſæo, Butillero, Picherello, & Salignaco.

3. Teſtes vos appello, Domini Salignace & Picherelle, qui etiam de eo in hoc conventu, doctiſſime diſſeruiſtis.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Ad Petrum Picherellum Theologum Iacobi Auguſti Thuani carmen.

Senex optime, cui vita beata
Iam nunc, æthere qualis in ſupremo,
Vivo vivitur atque ſentienti,
Prudenter facis atque Chriſtiane,
Dum quæ ignobile ſuſpicit pavetque
Vulgus, negligis & ſubinde rides.
Hoc eſt vivere, non timere mortem,
Et morti nimias moras trahenti
Non horreſcere proximam ſenectam.
Nam quam vita diu eſt inevolutis
Cœci carceris impedita nodis,
Tam mors illa diu eſt, minuſque deinceps
Quo magis cupit, eſſe vita pergit.
Heic præpoſterus integratur ordo
Senes naſcimur, & ſenes per omnem
Vitam degimus, ingruente donec
Fato, mox ſenium excipit iuventa.
Ad veram patet expedita vitam
Per mortem via, per ſenectam & olim
Nobis perpetuam itur ad iuventam.

Ex libro poëmatum Sacrorum Pariſiis edito, apud Mamertum Patiſſonium cIↃ.IↃ xcix. fol. 161. & 162.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

CATALOGVS

Opuſculorum Theologicorum P. Picherelli quæ hoc libello continentur.

Quæ ſtellula notantur, nunc primum prodeunt.

1. *Explicatio verborum inſtitutionis cœnæ Domini, ex Evang. Secundum Matth. cap.* XXVI. Cœnantibus illis, *&c.* Pag. 1.

* 2. *Diſſertatio de Miſſæ nomine, Sacrificio, & de concomitantia.* Ex Bibliotheca Sedanenſi. Pag. 8.

* 3. *Diſſertatio de Imaginibus, habita ad fanum Germani, coram Regina matre, anno* 1562. Ex Gallico. Pag. 217.

4. *Paraphraſis & annotationes in Coſmopœïam, ex Geneſ.* I. II. III. *&* V. *capitibus.* Pag. 241.

* 5. *Appendix ad diſputationem de Miſſa, in qua examinantur duæ lectiones Maldonati, In Pſalmum* CIX. *Hebr.* CX. *Ad verba verſus* 4. Tu es Sacerdos &c. *& verſus* 7. De torrente in via bibet. *Ex Bibliotheca Sedanenſi.* Pag. 332.

PETRI

PETRI PICHERELLI

EXPOSITIO VERBORVM Inſtitutionis Cœnæ Domini, ex cap. XXVI. Matthæi.

COENANTIBVS *autem eis*] Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν. Quum autem edíſſent. Legalem cœnam, ſupp. Præſens pro præterito perfecto, quo caret verbum ἐσθίω. Verſu 21. fuit ἐσθιόντων αὐτῶν, in præſenti: hîc eſt in perfecto, quaſi dicas. Quum autem eſum abſoluiſſent, id eſt. Quum autem comediſſent. Potuiſſet dicere Matthæus, φαγόντων δὲ αὐτῶν, ſed voluit in eodem perſeuerare verbo, præſens pro præterito perfecto vſurpans. Aquinas hymno, *Pange lingua*,

Obſeruata lege plenè Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ Se dat ſuis manibus.

Et hymno, *Sacris ſolenniis*,

Poſt agnum typicum expletis epulis
Corpus Dominicum datum diſcipulis
Eius fatemur manibus.

Qui ſunt οἱ ἐσθίοντες Matth. 14. 21. ſunt οἱ φαγόντες Marc. 6. 44. Damaſcenus lib. 4. Orthod. fidei c. 14. dicit φαγών. Nam etiam quod Lucas & Paulus dicunt, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, mihi per hypozeugma pertinet tam ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

panem quam ad vinum: atque hoc ipſum addidit Lucas, ut oſtenderet quod verſib. 17.18. de poculo dixerat & vino, factum fuiſſe inter cœnandum, id eſt, cœnæ legalis eſum.

Accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit] Λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε. Acceptum Ieſus panem, deinde benedictum, fregit, Quum accepiſſet Ieſus panem & benedixiſſet, fregit. Marcus, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε: ubi ſubauditur vinculum καὶ, ante εὐλογήσας ex Matthæo. quod vetus interpres vertit, *Accepit Ieſus panem, & benedicens fregit*. Lucas, Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας ἔκλασε. vet.interpres, *Et accepto pane gratias egit & fregit.* Paulus 1. Cor. 11. 23. 24. ὁ κύριος Ἰησοῦς ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε. Omnes in idem recidunt. Porro Matthæus habet articulum, τὸν, ante ἄρτον, reliqui tacent hoc quidem loco: (Lucas enim cap. 24. 30. præponit) cujus articuli vis hæc eſt, ut certum panem menſæ appoſitum, benedictioni & fractioni commodum, notet. *Le pain:* non autem, *Du pain:* Καὶ εὐλογήσας (Quum benedixiſſet.) ita & Marcus: Lucas autem, Paulus, & Iuſtinus martyr ſub finem 2. Apolog. pro Chriſtian. εὐχαριστήσας (quum gratias egiſſet.) Act. 27. 35. additur, τῷ θεῷ (Deo.) Pro εὐχαριστεῖν Tertullianus lib. 1. aduerſ.

aduerſ. Marcion. num. marg. 16. dicit, *Super panem Deo gratiarum actionibus fungi.* Et ipſe Iuſtinus, τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ Χριστοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, Cibum ſuper quo gratiæ ſunt actæ per preces & ſermonem à Chriſto acceptum: ſicut Irenæus lib. 4. cap. 34. appellat panem, in quo gratiæ ſunt actæ: cui lib. 5. Calix euchariſtiæ eſt, qui Paulo Calix benedictionis, 1. Cor. 11. 16. Cypriano autem De cœna Domini, *Calix ſolenni benedictione ſacratus*: quam benedictionem Chryſoſtomus etiam interpretatur inſtar Irenæi, Euchariſtiam, id eſt, gratiarum actionem: Certè εὐλογεῖν manifeſtè accipitur pro εὐχαριστεῖν, 1. Cor. 14. 16. 17. & Marc. 8. 7. ſi cum verſ. 6. conferatur: & cum Matth. 15. 36. Cæterùm poſt εὐλογήσας, ſubauditur relativum, αὐτὸν, ſicut poſt ἔκλασε. id eſt, Benedixit illum, ſeu, illi. Sic enim exprimit Lucas cap. 9. 16. εὐλόγησεν αὐτοὺς, ἄρτους, ſupp. Similis eſt ſyntaxis Luc. 24. 51. 1. Cor. 11. 16. 1. Samuel. 9. 13, αὐτὸς εὐλογεῖ τὴν θυσίαν, Ipſe benedicit hoſtiam, ſeu hoſtiæ, id eſt, conuiuio euchariſtico, id eſt, Gratias agit Deo de ciborum dono, & conuiuio bene precatur & conuiuis. Hîc ergo benedicit Chriſtus pani & vino, id eſt, Gratias Deo de ſua agit liberalitate, precatúrque vt quod inſtituit ſacramentum, ratum apud

eum ſit, benéque in ſuum finem cedat ſuis Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus tam verbi Dei miniſtris & paſtoribus, quàm fidelibus omnibus Chriſtianis, ita elementa panis & vini ſanctificans, & in uſum ſanctum & ſacrum deſtinans, vt videlicet ſint corporis & ſanguinis ſacramenta ſeu ſacra ſigna, quæ antè communia tantùm & vſitata fuerant corporis alimenta: & nos quoque per verbum ejus & precem myſticam, vt loquitur Auguſtinus, ſeu per verbum Dei, pérque obſecrationem, vt Origenes, operante Spiritu ſancto conſecraremus & ſanctificaremus.

Fregit] eum panem, ſupp. Sic enim in ſimili ſententia, non tamen ſacramentali, exprimit Marcus, cap. 6. 41. καὶ κατέκλασε τοὺς ἄρτους pro relatiuo, αὐτούς· quem accuſatiuum in finem diſtulit, vt per hypozeugma ſeruiret etiam verbo præcedenti, εὐλόγησε. Extra cœnam idem fecit Paulus Act. 27. verſ. 35. 36. imitatus Chriſtum, Matth. 14. 19.

Deditque diſcipulis ſuis] Καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Præteritum imperfectum pro perfecto, ἔδωκεν· quod ſequitur in altero membro, & in vtroque eſt apud Marcum. Et vetus interpres reddidit vim articuli τοῖς, *Suis*. *Dedit*. Eum, ſupp. Sic de panibus loquitur Matthæus, cap. 14. 19. *Benedixit &*
quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

quum fregiſſet dedit diſcipulis panes, per hy-
pozeugma, vt in calce ſuperioris annota-
tionis Marcus. Illic Chriſtus dat diſcipu-
lis panes turbis diſtribuendos: hìc panem
diſcipulis ab eiſdem edendum. Dedit au-
tem eum, nempe ita fractum. Nam & Cy-
rillus lib. 4. cap. 14. in Iohannem, *Creden-
tibus*, ait, *diſcipulis Dominus fragmenta pa-
nis dedit, dicens, Accipite & manducate, Hoc
eſt corpus meum.* Et rurſus lib. 12. cap. 58.
*Fractum panem diſtribuebat dicens, Hoc eſt
corpus meum, quod pro vobis tradetur in re-
miſsionem peccatorum:* qui lib. 11. cap. 32.
dixerat *proditorem, ſanctum eius (Chriſti)
panem cum aliis comediſſe:* ſecundo autem
loco dicit fractum panem, tanquam ſe ex-
plicans, quod paulò antè metonymicè rem
ſignatam pro ſigno vſurpans, corpus dixe-
rat & carnem, his verbis, *Iure igitur ſan-
ctæ congregationes die octauo in Eccleſiis fiunt,
& foribus ſublimiore modo clauſis, viſibiliter
ſimul atque inuiſibiliter Chriſtus omnibus ap-
paret: inuiſibiliter quidem, vt Deus: viſibili-
ter autem in corpore. Præbet enim nobis car-
nem ſuam tangendam, &c.* qui carnis ta-
ctus paulò pòſt eſt tactus Chriſti, & mul-
tis locis tactus corporis Chriſti, vt cap.
50. eadem metonymia. Sic liber quartus
Ambroſii De ſacramentis cap. 5. *Qui pri-
die*, inquit, *quàm pateretur in ſanctis ſuis*

 mani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

manibus accepit panem, & gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apoſtolis ſuis & diſcipulis ſuis tradidit dicens, Accipite & manducate: Hoc enim eſt corpus meum. Sic de vno pane & Petrum & Iudam accepiſſe: & rurſus de ipſo pane & de ipſa Dominica manu ſcribit Auguſtinus Iudam & Petrum partem accepiſſe, tractat. in Ioh. 50. & tom. 7. poſt collat. contr. Donatiſt. Hunc, panem Dominum: illum, panem Domini contra Dominum: Petrum, vitam: Iudam, pœnam, tract. in Ioh. 59. imitatus Origenem, qui in Matth. 15. appellat etiam panem Domini: quem pòſt vocat typicum ſymbolicúmque corpus. Apud Cyprianum ſermone De cœna Domini, ſceleratum os (Iudæ) panis ſanctificatus intrat. Et ſermo, de vnctione chriſmatis, *Dedit*, inquit, *Dominus noſter in menſa, in qua vltimum cum Apoſtolis participauit conuiuium, propriis manibus panem & vinum.* Vide totum locum. Tertull. lib. 4. adverſ. Marcion. num. marg. 60. dicit panem à Chriſto acceptum & diſtributum diſcipulis. Cyrillus Ieroſolymitanus Cathec. 4. dicit Chriſtum de pane pronuntiaſſe & dixiſſe, Hoc eſt corpus meum. Sermo de cœna paulò ſuprà citatus ſummum ſacerdotem (Chriſtum) ait filiis Abrahæ facientibus opera ejus panem proferre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ferre & vinum: Hoc eſt, inquit, corpus meum. Et Gaudentius Brixienſis Epiſcopus, *Quum*, inquit, *panem conſecratum & vinum diſcipulis ſuis porrigeret, ſic ait, Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus.* Hieronymus quæſt. 2. ad Hedibiam, panem ait quem fregit Dominus dedítque diſcipulis ſuis, corpus eſſe Domini ſalvatoris, ipſo ad eos dicente, Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum: & vinum quod diſcipulis dedit, ſanguinem illius eſſe noui teſtamenti.

Et ait, Accipite & comedite] καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε. In altero membro erit, λέγων, pro, καὶ εἶπε. Sic Paulus. Lucas autem vtrobique habet λέγων: לאמר (*lemor*) Dicendo, Dicens. Poſt λάβετε (accipite) ſubaudio copulam καὶ, (&) quam legiſſe videtur vetus interpres, aut ſubauditam expreſſit, vt & apud Paulum) & poſt φάγετε (comedite), τοῦτο (Hoc): quod etiam ad prius imperatiuum pertineat: vt ſit, Hoc accipite & edite, Hoc acceptum edite. Nam ætiologia ſequens harum eſt vocum, Edite hoc. Hoc, inquam, nempe quod do vobis. Quid autem daret, ſatis ex teſtimoniis ſuperioribus conſtat. Subaudio etiam ex altero membro, πάντες (omnes:) vt ſit, Accipite & manducate ex hoc omnes. Sic Lombardus lib. 4. diſtinct. 8. c. *Accipite*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

& comedite ex eo omnes, ex Ambroſio. Sic Canon Miſſæ. quaſi dicas. Singuli ſingula panis fracti fruſta accipite & comedite.

Hoc eſt corpus meum] τȣτό ἐςι τὸ σῶμά μȣ. Hoc eſt corpus meum. Ita Marcus, Lucas & Paulus, abſque conjunctione ætiologica. Sed ætiologiam eſſe vocum, φάγετε, Edite hoc, nempe cur hoc edere debeant, ſatis ex altero membro liquet: vbi poſt imperatiuum, Bibite, apponitur, γὰρ (enim): vt taceam ſenſum illud omnino requirere. Sic tacitum γὰρ (enim) Apocal. 19.10. eadem ſententia exprimit cap 22.9. Theophylactus in Matth. 28. & in Marc. 14. addit, Enim. Occurrit enim Chriſtus huic Apoſtolorum tacitæ quæſtioni, Cur autem hoc edamus? Quia, inquit, hoc, eſt corpus meum. Porro autem quia ætiologia refertur ad imperatiuum, Edite: certè in ipſa ætiologia ad plenum loci, quum citatur, intellectum, debet ſimul ei præponi illud ex quo pendet, cujuſque eſt ætiologia, ad hunc modum: Edite hoc, Hoc enim eſt corpus meum, ita vt qui hoc comederit, corpus meum reuera comederit: nimirum illud ipſum quod mox pro vobis in crucem agetur, & clauis cruci affigetur: quo eſu unum mecum eritis: Vel, Edite hoc: Hoc enim edere, eſt corpus meum edere: Hoc enim edentes, corpus meum

meum edetis. Nam hoc, eſt corpus meum. A quo ſenſu non diſcrepat Auguſtinus: quum dicit, quod proxima annot. repetetur, *Non dubitauit Dominus dicere, Hoc eſt corpus meum, quum ſignum daret corporis ſui* (Edendum, ſupp. In hunc enim finem porrigebat) *nempe panem ſanctificatum*. Atque hæc eſt in hoc ſacramento promiſſio, ſine qua non eſſet ſacramentum: vt in baptiſmo, *Baptizate omnes gentes. Quicunque enim crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit*. Nec vero novum eſt voces quaſdam, imò & clauſulas, ex poſterioribus in prioribus ſubaudiri, & contrà. Nam & in hac cœna iſtud evenit. Hîc τὸ, *Quod pro vobis datur*, facilè per analogiam ſubauditur ex eo quod in altero membro eſt, *Quod pro vobis effunditur*. Sic hîc apud Matthæum ſubauditur τὸ, *Et biberunt ex eo omnes*, ex eo quod præcedit, *Bibite ex eo omnes*. E contrario autem fit apud Marcum. Sic in ſecundo membro apud Lucam ſubintelligitur τὸ, *Hoc facite in mei recordationem*, ex eodem quod exprimitur in priore. Atque ob id apud Paulum in vtroque legitur. Iam autem demonſtratiuum pronomen ſuperiora teſtimonia indicarunt panem fractum demonſtrare. Quod alioqui palam eſt vel ex Lucæ ſecundo membro. Nam quod apud Matthæum & Marcum

eſt, *Hoc*, in, *Hoc eſt enim ſanguis meus*, Lucas rem ipſam demonſtratam addit, τοῦτο τὸ ποτήριον· (*Hic calix.*) Ita per analogiam τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, (Hoc, eſt corpus meum) erit οὗτος ὁ ἄρτος ὁ κεκλασμένος, ἔστι τὸ σῶμά μου, (*Hic panis fractus eſt corpus meum.*) Sic enim Auguſtino Serm. ad infantes ad altare, teſte Beda in 1. Cor. 10. Panis eſt corpus Chriſti, & calix, vel quod habet calix, ſanguis ejus. Ita Theophyl. in 1. Cor. 10. *Hoc*, inquit, *quod in calice eſt, ſanguis eius.* Vide annot. ſupra. Illam ob cauſam τὸ, *Hoc edite*, erit, *Hunc ſanctificatum panem fractum edite*: ut qui hunc panem ederit, corpus ipſum ipſius Chriſti ederit. Nam & Tertullianus De reſurr. car. num. marg. 37. exponens hunc 1. Cor. 15. 53. locum, *Oportet enim corruptivum hoc, &c. Quum*, inquit, *dicit, Iſtud corruptiuum, &, Iſtud mortale, cutem ipſam tenens, dicit. Certè, iſtud, niſi de ſubiecto, niſi de comparenti, pronuntiaſſe non potuit. Demonſtrationis corporalis eſt verbum.* Hæc Tertullianus. Apud Paulum eſt τοῦτο, vt hîc apud Matthæum: quod Tertullianus vertit, *Iſtud.* Similiter interpretatur pronomen demonſtratiuum illius loci Paulini cum ſuo magiſtro Tertulliano Cyprianus diſcipulus, vel potius Rufinus in Symb. Apoſt. *Quum Apoſtolus dicit, Oportet enim corruptibile hoc*

indue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, nunquid non corpus ſuum quodammodo contingentis & digito palpantis eſt vox? Ergo hîc demonſtrativum pronomen certum quid & corporale, proinde & oculis expoſitum, indicat: vnde & demonſtratiui nomen habet. Quid autem certi aliud & aſpectabilis, de quo dicatur, *Hoc eſt corpus meum*, quàm panem ipſum fractum hîc oſtendat? Nam & ob id dicit Auguſtinus *Chriſtum per partes manducari, ſicut per partes non manducari: illud, in ore: iſtud, in corde: illud, in ſacramento: iſtud, in cœlo:* quemadmodum Henricus de Vrania in ſuis additionibus ad librum ſententiarum Petri Lombardi, cum ipſo libro Coloniæ impreſſis 1516. in lib. 4. Diſt. 12. cap. 4. 9. *Nota*, inquit, *de hoc verbo quod in Canone Miſſæ legitur, Iube hoc perferri, &c. quia per pronomen, Hoc, non demonſtratur corpus Chriſti verum, (quia illud ſemper eſt in cœlo) ſed corpus myſticum. Quando* (pergit Auguſtinus) *manducamus Chriſtum, partes de illo non facimus: & quidem in ſacramento ſic fit: & norunt fideles quemadmodum manducent carnem Chriſti. Vnuſquiſque accipit partem ſuam, vnde & ipſa gratia partes vocantur.* (Quid autem appellet Auguſtinus gratiam, apud ipſum videre eſt, in pſal. 77. v. 1.

Quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Quum, inquit, *eſſent omnibus* (patribus noſtris) *communia ſacramenta, non communis erat omnibus gratia, quæ ſacramentorum virtus eſt.* Virtus enim ſacramenti, inquit Tract. 6. in epiſt. Iohannis, eſt quod confertur & datur per ſacramentum. Et paulò infrà de baptiſmo loquens, *Sed ipſa gratia, cuius ipſa ſunt ſacramenta, non communis eſt omnibus.* Et Tract. in Ioh. 27. in dictum, Quis poteſt eum audire? *Non crediderunt*, inquit, *aliquid magnum dicentem, & verbis illis aliquam gratiam cooperientem.* Et paulò pòſt, *Certè vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus ſuum: certè vel tunc intelligetis quia gratia eius non conſumitur morſibus.* Gratiam Chriſti appellat, quòd dat Chriſtus panem & ſanguinem ſuum edendum & bibendum in vitam æternam. Ex quo in hoc teſtimonio dicit, *Vnde & ipſa gratia partes vocantur.* Et ſub finem ipſius tractatus 27. dicit, *In diſtributionis corporis & ſanguinis gratia vitam nobis promiſit æternam.* Redeo ad contextum Auguſtini de partibus, poſt longam parentheſin. *Per partes* (inquit) *manducatur, & manet integer totus. Per partes manducatur in ſacramento, & manet integer totus in cœlo. Per partes manducatur in ore tuo, & manet integer totus in corde tuo,* Serm. ad infantes, referente Beda in 1. Cor. 10.

& Ca-

& Canonib. Qui manducat, Qui manducant, &, Invitat, De conſecr. Diſt. 2. Neque vero aliunde afferre teſtimonia quòd panis ſanctificatus ſit panis in cœna, neceſſe eſt quàm ex ipſo Paulo, *Quoniam*, inquit, 1. Cor. 10. 17. *unus panis [eſt]* (*in Cœna*, ſupp. Nam à cœna exemplum adducitur, & ſequentia hoc ſatis arguunt) *vnum corpus multi ſumus. Omnes enim ex vno pane participamus*. Dicit Paulus vnum panem in cœna de quo participamus, ſignificare nos eſſe vnum corpus myſticum in Chriſto, vt Rom. 12. qui caput ſit: & ſingula fracta illius panis fruſta quæ ſinguli ſumimus, nos ſingulos, qui etiam ejus corporis ſingula membra ſumus. Hanc interpretationē comprobare videtur Damaſcenus lib. 4. ſub finem, 14. cap. & Sermo de Cœna apud Cyprianum. Sic Auguſtinus, *Ergo*, inquit, *ſi vnus panis totum corpus Chriſti, membra Chriſti fruſta panis ſunt*, in expoſit. Pſal. 147. Quia ergo à ſanctificato Cœnæ pane adducitur exemplum, panem in Cœna neceſſe eſt eſſe. Rurſus ſuperior. verſ. dixerat, *Cui benedictionis poculo benedicimus, nónne communio cum ſanguine Chriſti eſt? Quem frangimus panem, nónne communio cum corpore Chriſti eſt?* Ecce panem quemadmodum corpus: ecce poculum (id eſt, vinum in poculo) quem-

quemadmodum ſanguinem. Qui locus ſi cum verbis Cœnæ altrinſecus velut in diagrammate componatur, eis multum lucis afferet ad hunc modum,

Hoc eſt corpus meum
Panis quem frangimus, eſt communio cum corpore Chriſti.

Hoc eſt ſanguis meus
Cui benedicimus poculo, eſt communio cum ſanguine Chriſti.

Certe apertiſſima ſunt quæ ea de re ſcribit Theodoretus Dial. 1. *Ille* [Chriſtus] *quæ cernuntur ſymbola, corporis & ſanguinis appellatione honorauit, natura (eorum) ab ipſo non mutatâ, ſed gratia ipſi naturæ adiunctâ.* Rurſus Dial. 2. *Neque enim poſt ſanctificationem myſtica ſymbola* τῆς οἰκείας ἐξίσαται φύσεως (propria natura non conſtant, A propria natura deficiunt) *Manent enim in priore ſubſtantia, & figura & ſpecie: & cerni & tangi poſſunt, cuiuſmodi erant antea.* Et Gelaſius Papa De duab. natur. in Chriſto Adverſ. Eutych. & Neſtor. *Certè ſacramenta quæ ſumimus corporis & ſanguinis Domini, diuina res eſt (propter quod & per eadem diuinæ efficimur conſortes naturæ) & tamen eſſe non deſinit ſubſtantia, vel natura, panis & vini.* Adde quod cap. 11. 26. 27. 28. appellat panem conſecratum, Panem

hunc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

hunc, & poculum, Poculum hoc, &, Poculum Domini. Quo cap. verſib. 24. 25. τὸ, *Hoc facite,* valere, Hunc panem edite, Hoc poculum bibite, ætiologia ſatis declarat: quæ immutatis vocibus eſſet, Quotieſcunque enim hoc feceritis. Sed ut interpretaretur Paulus quid notaret τὸ, *Hoc facite,* dixit, *Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, & biberitis poculum hoc.* Ita per *Hoc*, aperte demonſtratur panis. A qua phraſi non alienum eſt quod dicit Nazianzenus Orat. in ſanct. bapt. *Moueat te myſtica menſa ad quam acceſſiſti: moueat te panis ille, cuius particeps factus es: & calix ille quem accepiſti, quum Chriſti paſſionibus initiareris.* Quòd ſi quis excipiat hîc corpus nomen rei retinere quæ ante conſecrationem fuerat, nempe panis, quemadmodum coluber, Exod. 7. 10. 12. appellatur, nomine virgæ, quæ ille ante converſionem in colubrum fuerat: ſimilitudinem duabus præcipuè de cauſis rejicio. Primùm enim inficior panem & vinum ſeu poculum, dici hîc panem & vinum ſimpliciter & ſolitariè: ſed *Hunc panem*, ſeu *Panem Domini:* & *Hoc poculum*, ſeu *Poculum Domini.* Quæ ante conſecrationem fuerunt quidem panis & vinum: ſed non, *Hic*, &, *Hoc:* id eſt, conſecratus & conſecratum. Deinde coluber dictus virga, coluber

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ber tunc oculis corporeis videbatur: (colubri enim terrore ante fugerat Moſes Exod. 4. 3.) non ampliùs virga videbatur. At corpus hîc panis dictum, oculis non cernitur: ſed adhuc panis videtur panis. Adde etiam quòd in ſuam virgæ naturam reverſurus erat coluber, (Exod. 4. 4. & cap. 7. 15.) virgæ perpetuó futuræ: cujuſmodi reverſio ab hoc corpore aliena eſt. Nec magis proficiunt qui objiciunt vinum nomen aquæ, quæ fuerat ante miraculum, retinere, Ioh. 2. 9. tum præter illas cauſas, tum quia non ſimpliciter illic legitur aqua, ſed aqua facta vinum, id eſt, in vinum mutata, vinum ex aqua factum, vinum aqua antè, ut loquitur Tertullianus De anima, cap. De quinque ſenſibus: ſiue *Aqua quam fecerat vinum Chriſtus*, ut legitur Ioh. 4. 46. Talis eſt loquutio in Hebræo Ierem. 18. 4. *Fecit illud* (*lutum*) *vas alterum*, id eſt, Ex eo luto (ex ea argilla) vas alterum. Denique ut huic annotationi finem imponentes, ipſis & ipſius Pauli & Euangeliſtarum verbis, hanc pronominis interpretationem confirmemus, Chriſtus in cœna duo dicit & præcipit: quibus duobus pronuntiatis, rationes ſeu ætiologias duas ſuo ordine annectit. *Hoc*, inquit, *accipite & edite:* (*Hoc eſt enim corpus meum, quod pro vobis datur & frangitur*),

[*atque*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

[*atque*]*hoc facite, quotieſcunque ederitis,*(Hæ duæ voces in contextu non habentur, ſed ex altero membro hîc analogicè ſubaudiuntur) *in mei commemorationem. Bibite ex hoc omnes : (Hoc eſt enim ſanguis meus qui pro vobis effunditur)* [*atque*] *hoc facite, quotieſcunque biberitis, in mei recordationem. Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem meam annunciabitis.* Ita videmus prius præceptum eſſe, *Hoc accipite & comedite:* poſterius, *Hoc facite in mei recordationem:* priorem ætiologiam, *Hoc eſt enim corpus meum,* &, *Hoc eſt ſanguis meus :* alteram, conjunctam ut duabus ſimul vna ſeruiat, *Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem meam annuntiabitis.* In qua erat certè quod incœptis vocibus diceret, *Quotieſcunque enim hoc & illud feceritis, &c.* ſed voluit clarius explicare quid dixiſſet verbis Hoc facite, (licet obiter declaraſſet verbis iſtis *Hoc facite, quotieſcunque biberitis)* & τοῖς, *In mei recordationem:* nempe priore loco dixiſſe, *In mei corporis dati & fracti recordationem:* altero, *In mei ſanguinis effuſi recordationem.* Cujus vtriuſque reſpectu addiderat, *Quod pro vobis datur & frangitur*, &, *Qui pro vobis effunditur.* Quibus duobus integra ejus mors deſignatur. Ita etiam ex his clariſſimum eſt,

Hoc,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Hoc, ſignificare, hunc panem. Nam & ex ſecunda ætiologia continuo Paulus illationem colligens verſ. 27. rurſus meminit panis & poculi, quæ eſſent corpus & ſanguis Domini: atque iterum diſertè verſ. 28. & verſ. 29. tacitè. Porrò autem ſi vna hæc ætiologia duobus ſeruiens, in duas reſoluta fuerit, erunt juxta analogiam, *Hoc accipite & comedite: (Quotieſcunque enim hoc comederitis, comedetis corpus meum) & hoc facite in mei recordationem. Quotieſcunque enim hoc comederitis, comedetis in mei recordationem.* Priore autem loco, *Hoc*, Hunc panem: altero, hoc poculum ſignificare clariſſimè oſtenſum eſt.

Eſt] *Secundum quendam modum ſacramentum corporis Chriſti corpus Chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt*, Auguſtinus inquit tom. 2. epiſt. 23. Ad Bonifacium: additque ita ſacramentum fidei fidem eſſe, ſecundum quendam modum, ſupp. Sacramentum autem fidei appellat Baptiſmum ex Tertulliano lib. 1. adverſ. Marcio. num. marg. 21. & ſacramentum corporis Chriſti, panem ſanctificatum: ſanguinis, poculum, ſeu vinum in poculo, ſanctificatum. Idem ex libr. ſentent. Proſperi, De conſecr. Diſt. 2. can. Hoc eſt quod, §. Item, *Sicut cœleſtis panis qui Chriſti caro eſt, ſuo modo vocatur corpus Chriſti,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Chriſti, quum reuera ſit ſacramentum corporis Chriſti,&c. Atque ita Proſper Aquitanicus De promiſſ.& prædic. parte 2. c.25. intelligit, *Dominus,* inquit, *ſuum corpus in ſanctificato pane geſtans manibus ſuis, dixit, Hoc eſt corpus meum.* In ſanctificato pane dicit quod Auguſtinus. in pane, Serm. ad infant. ad altare, *Hoc accipietis in pane quod pependit in cruce. Hoc accipietis in calice quod effuſum eſt de Chriſti latere:* quod Cyrillus Alexandrinus dicit *In pane & vino*, Ad Caloſyrium Epiſcopum. Contrà Arnobius in Pſal. 4. *Accepimus frumentum in corpore, vinum in ſanguine.* Id quod etiam repetit in Pſal. 103. ſed obſcuriùs. Quem imitatus Auguſtinus, *Eius,* inquit, [*Chriſti*] *eſt multitudo frumenti & vini: hoc eſt multitudo quam colligit frumentum & vinum in ſacramento corporis & ſanguinis eius*: De ciuit. Dei lib.16. cap.37. Et quod idem Auguſtinus dicit, *In pane*, aliis ejus locis ſexcentis eſt *In ſacramento*,&, *In ſigno.* Qui quidem Pſalmum exponens, 23. Concione, 1. dicit quidem, *Ferebatur Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum ait, Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis.* Sed Conc. 2. in eundem Pſal. explicat quo ſenſu illa dixerit. *Quomodo,* inquit, *ferebatur in manibus ſuis? Quia quum commendaret ipſum*

corpus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

corpus ſuum & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas quod norunt fideles, & ipſe ſe portabat quodammodo, quum diceret, Hoc eſt corpus meum. (Vbi, vt hoc obiter dicam, per τὸ, *Quod norunt fideles* panem intelligit & vinum: ſed ita loquitur quòd olim ſolis fidelibus declararentur Cœnæ myſteria: non autem infidelibus & nondum cathecumenis, Auguſtinus in Pſal. 109. Theodoretus Dialogis, 1. 2. 3. Theophylactus in 15. Marci, ipſo fine: Chryſoſtomus in Morali, in 2. Cor. 8. Homel. 18.) Quod Auguſtinus ante dixerat, *ferre corpus ſuum*, hîc eſt, *Portare ſe* Et quia illic duriuſculè loquutus fuerat, loquutionem emollit uno ex remediis quæ ex Quintiliano didicerat lib. 8. cap. 3. qui hæc enumerat, *Vt ita dicam*, (quo Epiſtola ad Hebræos cap. 7. 9. Græcè utitur, ὡς ἔπος εἰπεῖν, & Gregorius in epiſt. Baſilii ἵνα οὕτως εἴπω) *Si licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi ſic.* Quod ipſum, *Quodammodo* ſiue *Secundum quendam modum*, dicit, *Suo modo*, De conſ. Diſt. 2. Can Hoc eſt quod. Gregorius autem Homilia Aſcenſionis, *Iuxta aliquid*: & paulo pòſt, *Per quamdam ſimilitudinem.* Budæus autem exponens vocem, ὑπόθεσις, *Non ſimpliciter & in univerſum.* Sic cuidam duritiei Tertulliani remedium mollitiei adhibuit Cyprianus per hanc

hanc ipſam vocem, *Quodammodo*, locis Tertulliani & Cypriani ſuperiore annot. conjunctim citatis: ne mirum videatur quod idem author Auguſtinus ſuam hac voce duritiem lenierit. Sic quod Chryſoſtomus Homilia 45. in Ioh. & Ser. 60. & 61. ad populum Antiochenum dicit *Immiſceri nobis Chriſtum*, apud Theophylactum in Ioh. 6. eſt *Quodammodo immiſceri nos Chriſto, & in illum tranſelementari:* Qui & hic ipſe in Marc. 14. dixerat ſimpliciter & ſolitariè. *Deum ſpeciem panis & vini, in virtutem carnis & ſanguinis tranſelementare:* Et Cyrillus Alexandrinus ad Caloſyrium, *Decebat eum quodammodo noſtris vniri corporibus per ſacram eius carnem & pretioſum ſanguinem, quæ accepimus in benedictione viuificatiua in pane & vino.* Sic quod Auguſtinus Epiſt. ad Bonifacium dicit, *Omni die Chriſtum populis immolari:* Bernardus Serm. 6. in vigilia Natiuit. Domini, *Chriſtum quodammodo immolari adhuc hodie, donec mortem eius annuntiamus:* atque ex eo infert Chriſtum ſic videri naſci, dum fideliter repræſentamus ejus natiuitatem. Hujuſmodi igitur vocibus ſubauditis, aſperiora patrum dicta lenire debemus. Sic Chryſoſtomus, mirus in hyperbolis rerum in cœna pro ſymbolis, ſe mitigauit addito aduerbio *Quaſi*, Ser. De Euchar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

in Encæniis. *Sanguis*, inquit, *ſpiritualis ex ſacra menſa refluit*. Et poſtea, *Reputate ſanguinem ſalutarem quaſi è divino & impolluto latere effluere:* itemque Homil. 84. in Ioh. *Hinc myſteria ortum habent: ut quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipſo latere hauriens accedas.* Id quod ipſum Theophylactus in 19. cap. Ioh. repetit. Sic quod Iſa. 1. 10. legitur, *Principes Sodomorum & populus Gomorrhæ*, Ieremias cap. 23. 14. mitigat præpoſito ſimilitudinis adverbio כ, ὡς, *Velut*, *Quaſi*. Sed redeo ad Auguſtinianam corporis Chriſti manibus geſtationem. Quod altero ſuperiorum locorum eſt, *Ferre corpus ſuum in manibus*, altero, *Portare ſe quodammodo*, Auguſtinus ipſe appellat *Panem geſtare in manibus*, Tom. 10. De verb. Dom. ſec. Luc. Serm. 33. & *ferre ſacramentum in manibus*, in expoſit. ejuſdem Pſal. 33. ubi paulò pòſt dicit *Dauidem figuratè ſacramentum Dominicum oſtendiſſe*. Ita quod ſæpe apud Chryſoſtomum legimus, *Dentes infigere corpori Chriſti*, ipſe Auguſtinus Tom. 8. conc. 2. in Pſalm. 30. dicit *Infigere oſculum ſacramentis Dei:* ut *Infigere corpori*, ſit *Infigere ſacramento corporis*. Certè locus Proſperi ſuprà adductus dicit *Chriſtum corpus ſuum in ſanctificato pane geſtaſſe manibus*. Sic quod Hieronymus dicit *Conficere corpus Chriſti*, Arnobius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

nobius in Pſal. 139. *Conficere diuina ſacramenta.* Ipſe autem Auguſtinus quo ſenſu verbum ſubſtantivum, *Eſt*, in dicto, *Hoc eſt corpus meum*, intelligeret, ſatis etiam apertè declarat, quum veteris teſtamenti locum explicaturus, qui ſanguinem ait eſſe animam, itáque fundendum eſſe, nec in eſcam aſſumendum, ejus loci intelligentiam hujus intelligentia metitur, & ad hanc reducit: nempe quemadmodum hîc panis eſt corpus in ſigno, ita & illic ſanguis ſit anima in ſigno. *Ex eo*, inquit, *quod ſcriptum eſt ſanguinem pecoris animam eius eſſe, præter id quod ſuprà dixi, non ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, poſſum etiam interpretari præceptum illud in ſigno eſſe poſitum. Non enim dubitauit Dominus dicere, Hoc eſt corpus meum, quum ſignum daret corporis ſui*, Contra Adimantum, cap. 12. Vnde apparet eam hujus loci Matthæi interpretationem fuiſſe ætare Auguſtini vulgarem, publicóque conſenſu receptam. Sin minus, à ſuo ipſe conſilio in obſcuris locis exponendis diſceſſiſſet: quod lib. 2. De doct. Chriſt, cap. 9. eſt hujuſmodi. *Ad obſcuriores loquutiones illuſtrandas de manifeſtioribus ſumantur exempla, & quædam certarum ſententiarum teſtimonia dubitationem de incertis auferant.* Non diſſimilia docet lib. 3. cap. 2. Tertullia-

tullianum imitatus De reſurrect. car. num. marg. 15. *De incertis*, inquit, *certiora præſcribant.* Item, *æquum eſt incerta de certis, & obſcura de manifeſtis præiudicari:* & Quintilianum lib. 8. cap. 3. *Debet quod illuſtrandæ alterius rei gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius eo quod illuminat.* Eodem contra Adimantum capite, illam loquutionem, *Sanguis eſt anima*, ad hanc, *Petra erat Chriſtus*, reducit. *Sic eſt*, inquit, *ſanguis anima, quomodo petra erat Chriſtus: ſicut dicit Apoſtolus, Bibebant enim de ſpiritali, ſequente eos, petra. Petra autem erat Chriſtus. Notum eſt autem filios Iſrael petra percuſſa bibiſſe aquam in eremo, de quibus Apoſtolus quum hæc diceret, nec tamen ait, Petra ſignificabat Chriſtum: ſed ait, Petra erat Chriſtus: quæ rurſus ne corporaliter acciperetur, ſpiritalem illam vocat: id eſt ſpiritaliter intelligi docet.* & in Pſalm. 77. *id eſt ſpiritale aliquid ſignificantem.* In quæſtionibus autem ſuper Leviticum Quæſt. 57. & Tract. in Ioh. 63. *Petra*, ait, *erat Chriſtus. Non dicit Petra ſignificabat Chriſtum: ſed tanquam hoc eſſet: quod utique per ſubſtantiam non hoc erat, ſed per ſignificationem.* Id quod paulò ſecus repetitur lib. 2. Contra adverſar. leg. & prophetarum cap. 6. *Petra erat Chriſtus: non quia hoc erat, ſed hinc ſignificabatur:* & Tract. in Ioh. 47. *Per ſimilitudinem Petra*

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

eſt Chriſtus, non per proprietatem. Quam ob rem Tract. 26. citans locum, *Petra autem erat Chriſtus, Petra,* inquit, *Chriſtus in ſigno:* ſicut in Pſalm. 77. *Chriſtus Iudæis in petra figuratus eſt.* Sic lib. 2. De Trinit. c. 6. lib. 15. De Civit. Dei, cap. 48. & Epiſt. 102. ad Evodium. Quibus tribus ultimis locis & primo dicit Chriſtum petram dici per metonymiam: quòd ſcilicet res quæ ſignificat, ſoleat ejus rei nomine quam ſignificat, nuncupari: ſeu quòd omnia ſignificantia videantur earum rerum quas ſignificant, ſuſtinere perſonas: ſeu quòd ſoleat ſcriptura res ſignificantes tanquam illas quæ ſignificantur appellare. Rectè certè Auguſtinus de tali metonymia: ut & lib. 3. contra duas epiſtolas Pelagianorum cap. 6. & Epiſt. 23. ad Bonifacium. Sed quia in multis loquutionibus, quales ſunt, *Aquæ ſunt populus, Septem ſpicæ,* &, *Septem boves, Septem anni ſunt, Semen eſt verbum Dei, Septem ſtellæ ſunt ſeptem angeli Eccleſiarum, Septem candelabra ſunt ſeptem Eccleſiæ, Ego ſum vitis,* [*Sanguis agni*] *erit* (הוא) (*hu*) *tranſitus* (פסח) (*Peſach*) *Domino*, ſive *Domini*, Exod. 12. 12. Quod explicatur verſib. 13. 22. 23. ſeq. (Propter quam explicationem hîc mihi ſubauditur *Sanguis agni*, non autem, *Agnus*: ut ad ſanguinem eundem reſpiciatur verſ. 7. ſuprà, & inter-

media includantur parentheſi, ritum edendi præſcribente: quaſi dicas. *Et ſument de ſanguine eius, & ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, qui ſanguis erit tranſitus Domini:* vel, vt Hieronymus, *Eſt, (Erit) enim phaſe, id eſt, tranſitus, Domini*, cauſali conjunctione ſubaudita: Qui niſi ad ſuperiorem ſanguinem reſpexiſſet, minus aptè cauſalem de ſuo addidiſſet.) Quia, inquam, in illis loquutionibus verbum ſubſtantivum nihil aliud notat quàm ſimilitudinem, (nam & in ultima docet Auguſtinus Chriſtum dici vitem per ſimilitudinem, non per proprietatem, Tract. 80. in Ioh. ſicut in talibus Tract. 46. 47.) Ob id eodem in hac ſacramentali loquutione & ſimilibus, ſignificatu, verbum, *Eſt*, non accipio. Nam hîc res ſignificata una cum re ſignificante, res ſimilitudini accommodata unà cum re ſimilitudinem efficiente, proponitur, exhibetur, offertur, datur, & ſumitur: quod naturale & proprium eſt ſacramento, non autem ſimilitudini. Sic enim & Macarius Ægyptius Nazianzeni æqualis, Homil. 27. quum dixiſſet *offerri in Eccleſia panem & vinum*, ἀντίτυπον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος (id eſt, exemplar exhibens carnem ejus [Chriſti] & ſanguinem, interprete Ioanne Pico, claſſium inquiſitoriarum præ-

ſide

ſide Parlamentari) protinus ſubjicit ſumentes de pane illo viſibili, ſpiritaliter carnem Domini edere. Vbi ex antitheto *pane viſibili*, alterum ſubaudio, *Carnem inviſibilem:* & ex, *Spiritaliter*, alterum *Corporaliter:* ut ſcilicet fideles ſumentes panem viſibilem corporaliter, carnem inviſibilem edant ſpiritaliter: ſicut Auguſtinus quoque ait, *Panem cæleſtem ſpiritaliter manducate*, Tract.26. in Ioh. Eadem cum Macario aſſerunt complures veteres Græci & Latini, eo tum antiquiores, tum juniores. Hinc apud Gratianum Diſt.2.Can. Non hoc corpus, & ante hunc apud Iuonem Carnutenſem Epiſcopum, *Ipſum quidem* (corpus manducaturi eſtis) *& non ipſum. Ipſum, inviſibiliter: non ipſum, viſibiliter.* Quem locum citat Lombardus lib. 4.Diſt.10.b. addens has duas voces, *Quod videbatur:* neſcio quorſum. In quo certè teſtimonio repugnantia videtur: quæ homonymia declarata concordat tamen. Nam, *ipſum inviſibiliter*, de vero & germano corpore in cœlis agente intelligitur, *Non ipſum viſibiliter*, de corpore & ſanguine ſacramentalibus, pane & vino, corporis Chriſti & ſanguinis ſymbolis: quæ rei quam ſignificant, nomen per ſupra dictam metonymiam mutuantur. Id quod ſatis exprimit ipſe Auguſtinus, quum Tom.10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

De verbis Apoſtoli, Serm. 2. dicit, *Tunc vita erit unicuique corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritaliter manducetur, ſpiritaliter bibatur.* Sic enim quum diceret Chriſtus Ioh. 6. *Niſi carnem filii hominis manducaveritis, &c.* intelligit Tertullianus lib. De reſurr. car. num. marg. 28. non vere (id eſt, improprie) dixiſſe edendam carnem ſuam. *Durum*, inquit, *& intolerabilem exiſtimaverunt ſermonem eius, quaſi vere carnem ſuam illis edendam determinaſſet.* Voces hæ, *Quaſi vere, Comme ſi, Quaſi que, vrayement)* faciunt ut Tertullianus intellexerit non verè. Cui aſtipulatur Origenes, in Levit. 7. qui citatur De conſecr. Diſt. 2. Can. De hac. *De hac hoſtia quæ in Chriſti commemorationem mirabiliter fit, edére licet: de illa verò, quam Chriſtus in ara crucis obtulit ſecundum ſe, edere non licet.* Ad eumque modum quia videtur Chriſtus hoc dicto facinus vel flagitium iubere, Auguſtinus ait figuratam eſſe loquutionem, De doctr. Chriſt. lib. 3. cap. 16. &, De fide contra Manich. c. 37. 38. Et figuratam etiam agnoſcit Cyrillus lib. 7. in Levit. Certè ipſe Auguſtinus non raró ita ludit, contraria committens: quæ nihilominus ſimul oſtendit vera. Id quod propter ipſam homonymiam evenit, quam ipſe illuſtrat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

luſtrat. *Dominicus dies eſt ei ipſe reſurrectionis dies, & non ipſe*, Epiſt. ad Bonifacium. *Baptizabat Chriſtus & nõ baptizabat*, Tract. 15. in Ioh. *Non eſt hîc, & hîc eſt* Tract. 50. *Abiit, & hîc eſt: Rediit, & nos non deſeruit*, ibidẽ. *Surſum Chriſtus, & deorſum Chriſtus*, De verb. Dom. ſec. Ioh. *Vtrunque verum eſt, & ex nobis, & non ex nobis. Secundum aliud ex nobis, ſecundum aliud, non ex nobis*, Tract. in Ioh. 61. *Ipſum Palam, modo quodam erat Palam: modo autem quodam non erat Palam.* Tract. 113. in Ioh. Non longè abeſt, quod Eccli. 30. 4. ſcribitur, *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus:* declaratum per adverbium, *Quaſi*. Antitheta autem *Viſibiliter*, &, *inviſibiliter*, alibi ſunt apud Auguſtinum *Carnaliter* ſeu *Corporaliter*, & *Spiritualiter: In ſacramento tantùm*, &, *Vſque ad ſpiritus participationem: foris* & *intus: Ore* ſeu *dente*, & *Corde: In ſacramento viſibiliter*, & *Reipſa*, ſeu *in ipſa veritate, Spiritualiter: viſibili ſacramento*, & *virtute ſacramenti: Sacramento foris*, & *Reipſa intus, cuius eſt ſacramentum: Sacramento*, & *virtute ſacramenti. Sacramento tenus*, & *Revera: Sacramento* & *Re ſacramenti: Solo ſacramento*, & *Reipſa:* ubi vox, *Solo*, additur: ſicut *Tantùm* ſuprà, *In ſacramento tantùm:* ut ſimilibus in loquutionibus ſubaudiatur quum non exprimitur. Sic quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

apud Theophylactum In Matth. 26. eſt, *Et non reſpondens figura* [*corporis*] ipſe dicit in Ioh. 6. *Non eſt tantum figuratio quædam carnis* : & in Marc. 14. *Non figura tantùm & exemplar quoddam Dominici corporis panis eſt.* Ex ſupradictis antithetis Auguſtinus Serm. ad infant. ſeu neophytos, *ſacrificium Eccleſiæ confici aſſerit viſibili elementorum ſpecie, & inviſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, ſacramento & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti.* Et paulò pòſt, *Eſt igitur* (ſacrificium Eccleſiæ) *ſacramentum & res ſacramenti, id eſt, corpus Chriſti.* Et Irenæus Euchariſtiam duabus rebus conſtare docet, terrena & cœleſti. Quia autem in teſtimonio Auguſtini addidi has voces, [*Sacrificium Eccleſiæ*] non inutile futurum arbitror ſi digrediens reddidero rationem. Locus apud Gratianum ſic habet, *Eſt igitur ſacramentum & res ſacramenti corpus Chriſti.* Quæ lectio quoſdam impulit ut vocibus, *Corpus Chriſti*, pro orationis ſubjecto acceptis, corpus Chriſti & ſacramenti rem eſſe & ſacramentum aſſeverarint & literis prodiderint. Sed appoſitio eſt, quaſi dicas. *Eſt igitur ſacramentum & res ſacramenti, nempe corpus Chriſti.* Et voces, *Sacrificium Eccleſiæ*, ex ſuperioribus repetendæ ſunt & ſupplendæ, pro ſubjecto ſeu ſuppoſito verbi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Eſt. Simile ſupplementum eſt De conſecr. Diſt. 2. Can. Sicut Iudas, *Corpus enim & ſanguis Domini nihilominus etiam erat illis, &c.* id eſt, ipſum enim Dominicum ſacramentum, (ſupp. Ex ſuperioribus) erat corpus & ſanguis Domini nihilominus etiam illis, &c. Quò non reſpiciens Gratianus aut certè vitiatum exemplar ſequutus, habet, *In illis,* pro *Illis,* apud ipſum Auguſtinum. Lombardus lib. 4. Diſt. 9. b. habet etiam, *In illis.* Et hanc loci ſuperioris interpretationem confirmat veteris cujuſdam mei[codicis] manuſcripti lectio, *Eſt igitur ſacramentum & res ſacramenti, id eſt corpus Chriſti,* additis ad Gratiani contextum vocibus *Id eſt:* quemadmodum duobus antè locis dictum eſt ſacrificium Eccleſiæ confici & conſtare duobus, ſacramento & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti. Ita patefit quid res ſit ſacramenti, quæ etiam antè appellata eſt inviſibilis Domini noſtri Ieſu Chriſti caro & ſanguis: ſacramentum autem, viſibilis elementorum ſpecies, panis ſcilicet & vinum. Lanfracus contra Berengarium, legit etiam, *Id eſt,* & Breviaria quoque multarum diœceſium per octavam, ut vocant, feſti Sacramenti: Cujus generis habeo Pariſienſe impreſſum anno Domini 1479. veteraque &

nova Sueſſionenſia. Decretum etiam vetus manuſcriptum in Abbatia Soſmenſi ad Caſtrum-Thierricum: item & alterum veteris impreſſionis ibidem. Ad hanc lectionem acceſſiſſe videtur Petri Lombardi codex, lib. 4. Diſt. 10. b. qui ita recitat. *Eſt igitur ſacramentum & res ſacramenti idem corpus Chriſti.* Initio in exemplari compendium fuerat, *Id ē*, ſed litera, *e*, paulò propiùs literæ, d, admota, ex *Id ē*, factum eſt, *Idē*, tandemque abſque abbreviatione, *Idem.* Compendia hujuſmodi multa adhuc habet meus codex, & Breviarium quoque Pariſienſe. Similis corruptio in hac ipſa voce legitur apud Cyprianum lib. Epiſt. 3. Epiſt. 8. ad Fidum, *Idem*, pro *Id eſt:* quæ manifeſta eſt ex paulò pòſt ſequentibus ubi repetitur & legitur, *Id eſt*, non, *Idem.* Sua autem illa corruptione confirmat Lombardus quod & Diſt. 8. d. docuerat, idem Chriſti corpus ſacramentum eſſe, & rem ſacramenti. Et Diſt. 9. c. exponens dictum Auguſtini, *Bonus accipit ſacramentum & rem ſacramenti: malus verò ſacramentum, & non rem, Sacramentum*, inquit, *hîc, dicit corpus Chriſti proprium de virgine natum, &c.* Ex qua interpretatione ſpinoſæ quæſtiones & argutiæ multis natæ ſunt infinitæ, depravatioque alia De conſecr. Diſt. 2. Can. *Vtrum*

ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſub figura, Corpus Chriſti & veritas & figura eſt, pro, *Hoc myſterium & veritas & figura eſt:* vocibus, *Hoc myſterium*, ex ſuperioribus per repetitionem ſubauditis. Quod intellexit Gloſſa hujus Can. & Can. Corpus Chriſti. Item & alia, Ca. Sicut Iudas, *Sic indignè quiſque ſumens corpus Chriſti*, pro, *Sic indignè quiſque ſumens Dominicum ſacramentum*. Gratianus ſcrupum ſentiens in lectione, *Idem corpus*, pronomen, *Idem*, omiſit. Sed ex diverticulo in viam incœptam redeamus. Quando ergo ſolitariè dicimus in Cœna panem, vinum, ſacramentum, ſignum corporis, figuram corporis, non ſolùm intelligitur quod voces ſignificant, quaſi ſint nudus & ſimplex panis, nudum & ſimplex vinum, nudum ſacramentum, ſignum nudum, nuda figura: ſed & ſubauditur ipſum corpus conjunctum, atque adeo unione ſacramentali unitum, ipſa caro & ipſe ſanguis, & è contrario: quemadmodum ſæpe ex ſigno intelligitur res ſignificata, & contrà. Nam ipſe Auguſtinus in Pſal. 3. *Dominum noſtrum ait in cœna convivio mirandâ patientiâ. corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis ſuis commendaſſe & tradidiſſe*. Quæ figura aliquoties etiam Tertulliano placuerat: ſicut dicit *pane ipſum Chriſti corpus repræſentari* lib. 1. adverſ. Marcion. num. marg. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Imò *Corpus meum*, in dicto *Hoc eſt corpus meum, id eſt*, inquit, *figura corporis mei*, lib. 4. adverſ. Marcio. num. 60. quam etiam interpretationem approbat lib. 3. adverſus eundem num. 13. & lib. 5. num. 15. quaſi figuram ſolam & ſimplicem intelligant Tertullianus & Auguſtinus: qui tamen locis infinitis corpus ipſum conjungunt. Quinetiam lib. De oratione explicans ille petitionem, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, Corpus*, inquit, *Chriſti cenſetur, in pane*, (juxta dictum) *Hoc eſt corpus meum:* & libr. adverſ. Iudæos, num. 10. *Chriſtus appellat panem corpus ſuum:* Iſte verò, Serm. ad infantes, *Hoc accipietis in pane quod pependit in cruce. Hoc accipietis in calice quod effuſum eſt de Chriſti latere.* id eſt, In acceptione panis, Panem accipiendo, Inter accipiendum panem, Quum panem accipietis: In acceptione calicis, Calicem ſeu vinum calice contentum, accipiendo, Inter accipiendum calicem, Quum calicem accipietis. Et ibidem, *Panis eſt corpus Chriſti, & calix ſanguis eius.* Atque hoc ipſum ſatis, ut jam dictum eſt, docet Paulus quum dicit, *Cui benedicimus poculo benedictionis, nónne communio cum ſanguine Chriſti eſt? Quem frangimus panem, nónne communio cum corpore Chriſti eſt?* Ecce ſimul corpus cum pane. Ecce ſimul ſangui-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

nem cum vino. Qui locus ſi conſideratiùs perpendatur, ſatis indicat quid ſit *Manducare carnem Chriſti, & Bibere eius ſanguinem:* nempe per ſacramentorum ſumptionem conjungi ſancti Spiritus virtute, & verò uniri reipſa cum ipſiſſimis carne & ſanguine Chriſti, id eſt cum Chriſto toto. *Panis* enim hoc Pauli loco ſignificat manducationem panis: & *poculum*, poculi potationem. Nam panis, quum communicatio ſit actio, communicatio eſſe nequit. Id quidem eſt per quod fit communicatio: ſed ut fiat, eſum intercedere oportet: ut rectè corporis Chriſti manducatio, communio ſeu communicatio ſit cum ejus corpore. Sic dicitur Numer. 19. 9. [*Aquæ enim hæc*] *expiatio eſt*, (in Græco, ἁγνισμός ἐστι) id eſt, Hujus aquæ aſperſio eſt expiatio. Nam & cap. 8. 7. dicta fuerat *Aqua expiationis*, id eſt, expiatoria (Hieronymo *Aqua luſtrationis*, Græcis ὕδωρ ἁγνισμοῦ) quòd per illam eorum qui propter immunditiam ſeparati erant, fieret expiatio & purgatio, in cœtum recipiendorum. Conſimiliter Tit. 3. 5. de aqua baptiſmi dici poteſt, *Hæc aqua eſt lavatio regenerationis*, ſive regenerans. Nam & Epheſ. 5. 26. legitur lavatio aquæ: quòd per hanc à peccatis laventur & abluantur, qui baptizantur. Poteſt etiam ad eum dici modum,

dum, *Hæc aqua eſt regeneratio*, Rom. 1. 16. *Euangelium* (Euangelizatio, Euangelii prædicatio) *eſt potentia Dei ad ſalutem quibuſuis credentibus.* id eſt, Per illam prædicationem Deus ſervandis ſuis fidelibus ſuam exerit potentiam. Aquinas etiam ipſe, Lect. 4. in 1. Cor. 10. panem interpretatur, ſumptionem panis: calicem, potum calicis: & communionem corporis eam quæ faciat nos unum cum Chriſto. Sic Chryſoſtomus in cap. 10. ad Hebr. *Et quomodo conculcat quiſquam filium Dei? Quando ſi particeps eſt cum ipſo in myſterio peccatum committit, &c.* Auguſt. Contr. adverſ. leg. & prophet. lib. 1. cap. 19. poſtquam dixiſſet, *Panis quem frangimus, nónne participatio eſt corporis Chriſti?* ſe his explicat verbis, *Vt intelligerent iam ſe ſocios eſſe corporis Chriſti, &c.* Et Theodoretus, *Panis*, inquit, *eſt communicatio, id eſt, Qui ſacra myſteria percipimus, nónne ipſi Domino communicamus?* Manducationem hanc, intellexit eſſe participationem etiam Auguſtinus. *Participatione*, inquit, *filii per unitatem corporis & ſanguinis eius (quod illa manducatio potatioque ſignificat) nos efficimur meliores*, Tract. 26. in Ioh. *Vt quiſquam vivat propter me, participatio facit qua manducat me*, Ibidem. *Expoſuit modum quomodo daret carnem ſuam manducare, dicens, Qui manducat carnem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

meam & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Hoc eſt manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum in ſe manentem habere, Tract. 26. in Ioh. *Vivimus nos propter ipſum, manducantes eum, id eſt ipſum accipientes vitam æternam quam non habebamus*, Ibidem. *Signum quia manducavit & bibit, hoc eſt, Si manet, & manetur: ſi habitat, & inhabitatur: ſi hæret, & non deſeratur*, Tract. 27. in Ioh. *Chriſtus dicens, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo, Oſtendit quid ſit non ſacramento tenus, ſed revera corpus Chriſti manducare & ſanguinem eius bibere*, De civ. Dei lib. 21. cap. 25. Sermo apud Cyprianum De cœna, *Vt*, inquit, *ſciremus quòd manſio noſtra in Chriſto, ſit manducatio & potus, quaſi quadam incorporatio*. Qui etiam docet nos ſacramentis Chriſto uniri: ſed non tam corporali, quàm ſpirituali tranſitione. Manducatio autem illa & potatio ſpirituales, in animo fiunt. *Nam cibus ille, cordis eſt*, (Auguſtinus Expoſ. 1. Pſal. 21.) *non ventris*, Bernardus Serm. De cœna, *quo non venter diſtenditur, ſed mens ſaginatur*, Beda in Pſal. 21. verſ. Edent pauperes. Et Durandus Quæſt. 3. in 4. Sent. Diſt. 9. ait Manducare Chriſtum ſpiritualiter, eſſe, uniri cum Chriſto, & ei incorporari.

Corpus

Corpus meum] Quia abſque controverſia eſt, Chriſtum in cœna velle ſe totum fidelibus offerre & dare, ut unum magis ac magis cum eo effecti, totum ipſum poſſideant, & omnia ejus bona ad vitam æternam neceſſaria ab eodem ipſo derivent, hauriant, accipiant, & eis fruantur: Ob id videtur ſe ſuo corpore & ſanguine totum voluiſſe ſignificare, velut in duas partes diviſum, corpus & ſanguinem: quemadmodum eadem utitur Apoſtolus partitione, nempe ut fideles calice benedictionis hauſto ſuum ſanguinem habeant cum Chriſti ſanguine communem & coalitum: & pane fractionis ſumpto, ſuum quoque corpus cum corpore Chriſti commune & coalitum: Itáque toti cum toto ſint unum Chriſto. Quia verò tam latè patet nomen corporis, ut eo ſæpe intelligatur & contineatur ſanguis, ne tam generaliter corpus accipiatur, idem mihi tam hìc apud Matthæum quàm apud Paulum, eſt ac caro, pars altera corporis, (Neque enim edi ſolet corpus integrum.) ſicuti ſanguis altera eſt: ut τὸ, *Hoc eſt corpus meum*, valeat, Hoc eſt caro mea: ad eumque modum *Communio corporis* (id eſt, cum corpore) ſit communio carnis (id eſt, cum carne:) Itáque fideles ſint caro ex carne Chriſti, & ſanguis ex ejus ſanguine, ſicut juxta

aliam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

aliam corporis diviſionem, Gen. 2. 23. Luc.24.38. Epheſ.5.30. *Caro ex carne eius, & os, ſive oſſa, ex oſſibus eius:* ubi caro ſanguinem complectitur. Cujus carnis loco, Ioh.10.11. eſt cutis & caro: oſſium autem, oſſa & nerui. Et profectò quod eſt corpus, & quidem à ſanguine ſejunctum, Hebr.13.11. dicitur caro, Levit.16.27. Neque verò caro ſolùm, ſed & unà pellis & fimus. Levit. autem, 4.11. pellis, caro, caput, crura, inteſtina & fimus. Quæ omnia intelliguntur hoſtiæ nomine cap. 6. 30. hoſtiæ inquam à ſuo ſanguine ſeparatæ: & cap. 4.12. ſunt totus juvencus (id eſt, totus juvencus à ſuis ſanguine & adipe reliquus.) Hieronymo autem, reliquum corpus. Quæ me maximè juvat interpretatio Hieronymi. Hoc enim ex Hebræo poſt partes illas enumeratas intelligo, quaſi ſit, Volo dicere reliquum à ſanguine & adipe corpus. Vel, & in ſumma, reliquum corpus. Neque verò primus illam affero intelligentiam loci, Hoc eſt corpus meum: Sermo enim De cœna apud Cyprianum, *Ex quo,* inquit, *à Domino dictum eſt, Hoc facite in meam commemorationem. Hæc eſt caro mea,* &, *Hic eſt ſanguis meus: quotieſcunque his verbis & hac fide actum eſt, &c.* Dicit autem à Domino dictum eſſe, Hæc eſt caro mea, quod paulò antè dixe-

dixerat dixiſſe, Hoc eſt corpus meum. Pergit Sermo, *Panis iſte, quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie ſed naturâ mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro.* Iuſtino martyri hunc non diſplicuiſſe ſenſum palam eſt ex eo quòd quum ſub finem ſecundæ Apologiæ ſcripſiſſet edoctos Chriſtianos Euchariſtiæ cibum, Chriſti eſſe & carnem & ſanguinem, ætiologiam ſubdit locum ipſum citans. *Apoſtoli enim,* inquit, *in Euangeliis ſic tradiderunt ſibi Ieſum accepto pane gratiiſque actis in mandatis dediſſe, & dixiſſe, Hoc facite in mei recordationem, Hoc eſt corpus meum,* &, *Hoc eſt ſanguis meus.* Quòd niſi corpus pro carne accipiat, inepta eſt dicti ſuperioris ætiologia, *Ipſius Ieſu & carnem & ſanguinem eſſe ſumus edocti.* Cujus loco potius dicendum fuiſſet, I*pſius Ieſu & corpus & ſanguinem eſſe ſumus edocti.* Quidni autem corpus pro carne accipiat, qui paulò ſuprà noſtra corpora in carnes & ſanguinem partitus fuerat? *Ex quo,* inquit, [*alimento*] *ſanguis & carnes noſtræ aluntur.* id eſt, noſtrum corpus. Sic Auguſtinus De conſecr. Diſt. 2. Can. Hoc eſt quod. Can. Nos autem, *Hoc eſt quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, ſacrificium Eccleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inviſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti*

carne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

carne & ſanguine. Quæ duo, *carnem & ſanguinem*, rem ſacramenti, tribus pòſt locis appellat corpus Chriſti. Quem locum cum iis quæ illic ſequuntur, non fuerit inutile diligenter conſiderare. Videbis enim non ſolum corpus pro carne accipi: ſed & quid ſpeciei vocabulo veteres intellexerint: quæ etiam ipſi Auguſtino Ser. ad infantes & corporalis eſt, &, Tract. in Ioh. 26. viſibilis. Qui quidem Auguſtinus ſacramentum appellat carnis & ſanguinis, De verb. Domini ſec. Matth. Serm. 11. quod ſexcentis alibi locis eſt ei ſacramentum corporis & ſanguinis. Et, *Edere carnem in ſacramento*, quod alibi *Manducare corpus Chriſti ſacramento tenus*. Breviter ab Auguſtino corpus uſurpari pro carne, & viciſſim carnem ei obtinere locum corporis, videre eſt De civit. Dei, lib. 21. cap. 25. Tract. in Ioh. 26. & contra Creſcon. lib. 1. cap. 25. Item ex collatione Epiſtolæ III. ad Iulia. cum Serm. 11. De verb. Domini in Euangel. Matth. & Tractat. 26. cum 27. in Iohan. Ita eodem ſenſu dicit *Chriſtum commendaſſe ſuum corpus*, Conc. 1. Pſal. 33. & *commendaſſe ſuam carnem*, Tract. 2. in Epiſt. Iohan. Vide & Tertullianum lib. 5. Adverſ. Marcion. num. marg. 31. 32. Ambroſius De ſacram. & Diſt. 2. De conſ. Can. Panis, quum dixiſſet,

Vbi

Vbi acceſſit conſecratio, de pane fit caro Chriſti, paulò pòſt repetens ſubdit, *Et ſic quod erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti poſt conſecrationem eſt.* Ecce corpus quod fuit caro. Proinde corpus carnem notat. Cui corpori paulò pòſt adjungitur ſanguis: ut corpus & ſanguis ſint caro & ſanguis. Gregor. lib. Dial. 4. cap. 58. & Diſt. 2. De conſecr. Can. Quid ſit, manifeſtè, quum de corpore tanquam toto verba feciſſet, in duas ipſum partes partitur, carnem & ſanguinem *Eius*, inquit, [*Chriſti*] *ibi corpus ſumitur:* (ecce totum) *eius caro in ſalutem populi partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur.* Ecce duas totius partes. Thomæ Aquinati in Miſſæ proſa, quam vocant, cujus initium eſt, *Lauda Sion ſalvatorem*, corpus etiam eſt caro. *Sub diverſis*, inquit, *ſpeciebus, Signis tantùm & non rebus, Latent res eximia, Caro cibus, ſanguis potus:* Et ibidem, *Dogma datur Chriſtianis, Quòd in carnem tranſit panis, Et vinum in ſanguinem:* carnem appellans, quod Hymno, *Sacris ſolenniis*, corpus. Vbi etiam à toto ad duas partes deſcendit. *Corpus*, inquit, *Dominicum datum diſcipulis Eius fatemur manibus.* (Ecce totum) *Dedit fragilibus corporis* (id eſt, carnis) *ferculum, Dedit & triſtibus ſanguinis poculum* (Ecce partes.) Vbi alludit

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ad Pſal. 104. 15. Zachar. 10. 7. Hymno *Pange lingua, Verbum caro, panem verum, Verbo carnem efficit, Fitque ſanguis Chriſti merum.* Rurſus quod ipſe dicit, Summæ quæſt. 66. art. 2. *In paſſione Chriſti ſeorſum fuit ſanguis à corpore ſeparatus*, Idem contra Gentiles lib. 4. cap. 61. *Per paſſionem*, inquit, *Chriſti & mortem ſanguis eius à carne ſeparatus eſt.* Proverb. 14. 20. Vita carnium eſt vita corporis, ſeu corporum: quemadmodum Coloſſ. 1. 22. legitur corpus carnis Chriſti, & Eccl. 23. 23. ubi vetus interpres legit in Græco ἐν ϛόματι (in ore) pro ἐν σώματι (in corpore.) & Tertullianus loquitur de corpore carnis lib. 5. adverſ. Marcion. num. 27. Hilarius quoque lib. 8. De Trinit. non ſolùm carnem frequenter dicit, ſed & diſertè carnem corporis, his verbis, *Si verè igitur carnem corporis noſtri aſſumpſit, & verè homo ille qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, noſque verè ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, &c.* Hunc ſequutus Paſchaſius De corp. & ſang. Chriſti, cap. 1. appellat carnem corporis Chriſti. R. Abraham Peritſol inducit Iobum ſic loquentem, *Quare eò redacta eſt tota cutis, & caro mei corporis, &c.* in Iob. 13. 14. Tertullianus lib. 4. adverſ. Marc. num. 60. *Ita*, inquit, *conſiſtit probatio corporis de teſtimonio carnis.* Idem de reſurr. car. num. 6. quod dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

dicit corpus & ſanguinem Chriſti, *(Caro corpore & ſanguine veſcitur)* Libr. De pudicitia, appellat Dominicum corpus, *Atque ita*, inquit, *exinde opimitate Dominici corporis veſcitur.* Priore loco, Corpore & ſanguine, id eſt, Carne & ſanguine. Ante illos omnes Græci interpretes Proverb. 5.11. quod in Hebræo eſt, *Caro tua & corpus tuum*, ab Hieronymo redditum, *Carnes tuæ & corpus tuum*, verterant, *Carnes corporis tui.* Ex quibus locis & ſuperioribus manifeſtum eſt corpus generalius eſſe carne, ut quæ ſit corporis eóque contineatur : quemadmodum 1. Cor. 11.24. in dicto, *Non dijudicans corpus Domini*, liquet ex iis quæ eadem de re præceſſerunt, τοῖς, *Reus erit corporis & ſanguinis Domini*, ſignificare unà cum corpore ſeu carne etiam ſanguinem. Sic Arnob. in Pſal. 110. *Quando dixit miſericors & miſerator Dominus, Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis? Tunc ſine dubio quando eſcam dedit corporis ſui timentibus ſe*, id eſt, cibum ſui corporis ſeu carnis, & potum ſui ſanguinis. Iſtud enim poſt utrunque, ſeorſim dictum teſtatur Paulus 1. Cor. 11. 24. 25. Sermo De cœna apud Cyprianum, *Hoc ſacramentum*, inquit, *Chriſtus aliquando corpus ſuum, aliquando corpus & ſanguinem appellat.* Quod etiam Auguſtinus non obſcuris verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

verbis declarans, *Carne*, ait, *& ſanguine, utroque inviſibili, ſpirituali, intelligibili, ſignatur viſibile Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus, & palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & divina maieſtate.* Nam quod dicit carne & ſanguine ſignari corpus, perinde mihi eſt atque, Caro & ſanguis ſignificant corpus, Idem ſunt quod corpus. Paulò ante dixerat Auguſtinus rem ſacramenti eſſe corpus Chriſti: quod etiam inviſibilem ejus carnem appellarat. Ex ſuperioribus locis clarum eſt corpus in dicto, Hoc eſt corpus meum, corporis partem ſignificare, carnem, qua partim conſtat corpus: quumque dicitur, Caro & ſanguis Chriſti, carnem corpus non ſignificare, ſed alteram corporis partem, ut ſanguis notat alteram. Alioqui quemadmodum non rarò corpus pro carne, ita viciſſim caro pro corpore uſurpatur. Lavare carnem, Levit. 16. 4. eſt lavare corpus, Iudith. 10. 3. Imò eo ipſo Levit. cap. 16. & Numer. 19. 8. quod Hieronymus reddidit, *Lavabit veſtimenta ſua & corpus aqua*, in Hebræo eſt בשר, id eſt, Carnem. Soph. 1. 17. quod Hieronymus vertit, *Et effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora*, in Hebræo eſt לחמם (id eſt, caro, ſeu cadaver eorum: Vide Pſal. 79. 2, 3.) in Græco autem, τὰς σάρκας αὐτῶν. Carnes eorum.

Ita

Ita hoc etiam Hebraico, homo conſtat carne & ſanguine. Ezech. 10. 12. vertit etiam Hieronymus corpus rotarum, quod in Hebræo eſt בשר, id eſt, Caro. Ad eum modum quod in ſepultura Chriſti vocant Euangeliſtæ corpus, Petrus Act. 2. 31. dicit carnem. Chriſtus verus eſt homo ex anima rationali & corpore in Synodo Chalcedonenſi: qui perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtit, in Symbolo Athanaſiano. Chriſtus ergo hoc loco, Hoc eſt corpus meum, ſe duabus panis & vini ſpeciebus partitur in duo, carnem & ſanguinem: quemadmodum Chryſoſtomus lib. 3. περὶ ἱερωσύνης Chriſtum hominem dicit conſtare carne & ſanguine. *Si quis*, inquit, *conſideret quantum ſit myſterium, ut is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne & ſanguine etiamnum conſtans, &c.* Id quod etiam clarum eſt ex Iohanne, qui cap. 6. licet illic de eſu ſacramentali non agat propriè: (Non enim panis illic accipitur proprie ut in Cœna. Nam illic panis dicitur cibus, verſ. 27. 55. ut & v. 26. 27. unde manauit tota diſputatio. Deinde illic concionatur Chriſtus in vrbe Capharnaum, Cœnam autem inſtituit Ieroſolymis) de carnis tamen ſpirituali manducatione, myſticaque cum Chriſto conjunctione loquitur, quodammodo ad ſacramenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

menti præludens inſtitutionem. Iohannes ergo poſtquam Chriſtum, qui ſe in duo illa diviſerat, verſ. 53. dixiſſe teſtatus eſſet, Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo: ſtatim duo hæc in unum colligens, ſubdit, Qui manducat me. Contrà ipſe Aquinas hymno *Verbum ſupernum prodiens*, à toto ad duas partes deſcendens, quum dixiſſet, *Prius in vitæ ferculo Se tradidit diſcipulis*, continenter divìdit ipſum, Se, in duo, ſe explicans *Quibus ſub bina ſpecie Carnem dedit & ſanguinem.* Adeò autem verum eſt in ſcriptura carne & ſanguine hominem ſignificari, ut phraſi vulgari apud Hebræos dicantur caro & ſanguis pro homine: quomodo etiam uſurpantur à R. Davide Kimhi in Hoſ. 5. 13. Quinetiam Hebræis eſt hoc tam familiare ut propter uſum frequentem in lectionis compendium redegerint, ב״ו vel בו״ד, id eſt, בשר ודם (Caro & ſanguis). Quid? nonne Epiſtola ad Hebræos, cap. 2. 14. homines atque adeò hominem Chriſtum, in hæc duo dividit, carnem & ſanguinem? *Quoniam*, inquit, *pueri illi participes facti ſunt carnis & ſanguinis, ipſe quoque conſimiliter eorundem [carnis & ſanguinis] factus eſt particeps.* Atque ut hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ad hominis mortalitatem referentur, addidit, *Vt per mortem* (id eſt, carnem mortuam, ipſumque fuſum ſanguinem, ad quorum recordationem nos vocat ſacramentum) *eum aboleret qui mortis habebat imperium.* Quod paulò pòſt explicans, *Semen*, inquit, *Abrahæ aſſumit.* Sic caro & ſanguis de ea hominis partitione & conditione dicitur, 1. Cor. 15. 50. Et generatio carnis & ſanguinis eſt quod ab homine (De homine enim maximè locus loquitur) generatur, Eccli. 14. 19. qui homo verſ. proximo dictus caro fuerat. Quòd autem in carnem & ſanguinem ſe totum hominem partiatur Chriſtus, duæ ſunt cauſæ: altera, noſtras ut animas Chriſto omnino & in ſolidum ſaturari & ali juxta uſitatum hominum morem intelligamus: qui ut cibo & potu nutriuntur, ita & nos (id eſt, animæ noſtræ) Chriſto, id eſt, ejus carne, ſive carnibus, ut loquitur Latinus Chryſoſtomus, quæ verè verus cibus eſt: & ejus ſanguine, qui verè verus potus eſt. Carnes enim edi ſolent, & ſanguis potari poteſt, rubrum vini colorem, qui vulgatior eſt, referens: unde quæ eſt vinea ruboris in Hebræo Iſa. 27. 2. vertitur ab Hieronymo vinea meri. Quin & uva accipitur apud Horatium pro vino, *Cæcubum & prælo domitam Caleno Tu bibis uvam,*
teſte

teſte Servio Georg. 2. Certè Polydorus De inventor. rer. lib. 8. cap. 7. dicit Scythas humanis veſci carnibus, & humanum bibere ſanguinem. Quinimò vinum appellatur uvæ ſanguis, Geneſ. 49. 11. Eccli. 50. 16. cap. 39. 31. Legitur etiam Deuter. 32. 14. Sanguinem uvæ bibere, quas duas voces exponit proxima חמר, à Græcis reddita οἶνον (vinum). Ezech. 39. 17. 18. 19. volucres & beſtiæ ad bibendum ſanguinem, ſicut ad edendas carnes invitantur. Iſa. 49. 26. legitur, Sanguine ſuo ſe inebriare, (vel, ut Græci reddiderunt, Sanguinem ſuum bibere) & carnem ſuam (Græci, Carnes ſuas) comedere. Altera ratio eſt, quòd ſuam in cruce voluerit plenam eſſe & abſolutam expiationem, mortem ſignificare: (Nam & protinus ejus meminit, quum dicit, *Quod pro vobis dabitur*, &, *Qui pro vobis effundetur:* quemadmodum Ioh. 6. 51. de carne, quæ hîc corpus eſt loquens, dixerat, *Quam ego dabo pro mundi vita*) in qua morte hoſtia eſſet perfectiſſima: ad quam omnes omnium retro ſæculorum reliquæ reſpexiſſent expiatoriæ: in duo etiam diviſæ, carnem & ſanguinem. Iuvencus enim mortuus, ante pro peccato oblatus, typus Chriſti in cruce necandi, ita dividitur, Levit. 16. ita etiam hircus: & Deuter. 12. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

hoſtia. Sic Agnus quoque Paſchalis in carnem (ut eſt in Hebræo) ſive in carnes (ut Græci & Hieronymus verterunt) diſtribuitur & ſanguinem, Exod. 12.7.8. quem Chriſti typum fuiſſe Paulus teſtatur, 1. Cor. 5.8. cujus carnis verſ. ſeq. partes ſunt caput, crura, & inteſtina: aut certè cum carne ſeparantur à ſanguine, ut Levit. 4.1. Adde quòd & juxta hanc partitionem poteſt ſanguine anima intelligi: quòd anima ſit ſanguis, Geneſ. 9.4. Deuter. 12.13. Levit. 17.4. id eſt, ſit (ſedem habeat) in ſanguine, Levit. 17.11. ſitque ſanguis in animam, Geneſ. 9.5. id eſt, ad animæ conſervationem: ut non abs re has in duas partes Chriſtus ſe diviſerit, carnem & ſanguinem, ut perfectus Deus, ſic perfectus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens in Athanaſiano ſymbolo (ſicut Iſaias hominem partitur in carnem & animam, cap. 10. 18. quod eſt rei animatæ, hominis, ad rem inanimam, ſylvam, traducens) ſive ut eſt in Chalcedonenſi ſynodo, ex anima rationali & corpore. Id quod intellexiſſe videntur Ambroſius, & poſt eum Petrus Lombardus. Iſte enim quærens quare ſub duplici ſpecie ſumatur Chriſtus, quum ejus opinione totus ſit ſub alterutra, reſpondet tum ex ſeipſo, tum ex Ambroſio, ut animæ & carnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

carnis ſuſceptio in Chriſto, & utriuſque liberatio, in nobis ſignificetur. Valet enim ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus: quia caro Chriſti pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima offertur. (Ambroſius in 1. Cor. 11. rectiùs habet, effuſus eſt. Sed non raró mutat, addit, & minuit Lombardus in authoribus, ſicut & Gratianus) Si altera tantùm ſpecie ſumeretur, ad alterius tantùm, id eſt, animæ vel corporis, non utriuſque pariter, tuitionem valere ſignificaretur. (Nihil hîc moror an reſponſio quæſtioni ſatisfaciat.) Sic Aquinas hymno, Verbum ſupernum prodiens *Quibus ſub bina ſpecie*

Carnem dedit & ſanguinem,
Vt duplicis ſubſtantiæ
Totum cibaret hominem.

Pſal. 84. 3. pro anima & carne, dicitur cor & caro: & Pſal. 73. 26. Caro & cor: & 2. Cor. 7. Caro & ſpiritus. Porrò, ut hoc obiter dicam, ſuperiorum poſteriore duarum cauſarum communicamus in cœna non modò cum Chriſto juxta Pauli ſententiam, *Quem frangimus panem, nónne communicatio cum corpore Chriſti eſt? Cui benedicimus poculo benedictionis, nónne communicatio cum Chriſti ſanguine eſt?* ſed etiam ejus paſſioni. Qua de cauſa poſt Origenem Hom. 7. in Levit. aſſerit Auguſtinus De doctr.

 Chriſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Chriſt. lib. 3. cap. 16. dicto Chriſti, Niſi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, figuram ineſſe, qua præcipiatur paſſioni Domini communicandum, (id eſt, virtuti paſſionis & mortis ejus) & ſuaviter atque utiliter recondendum memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata ſit. Vnde in Pſal. 21. Expoſit. 2. ait Chriſtum paſſionem ſuam dare edendam: quia ipſe eſt cibus & vita hominum, qui credunt in carnem quam portavit, & in crucem in qua pependit: Lactantius lib. 4. cap. 19. dicens lignum ſignificare crucem, & panem, corpus ejus, in dicto, *Venite mittamus lignum in panem eius*, Ierem. 11. 19. Priore autem cauſa plenum ſumimus noſtrarum animarum alimentum, ut dictum eſt. Denique hanc hoc loco corporis notationem ſatis vulgarem & receptam ætate Tertulliani fuiſſe conſtat, ex eo quod Tertullianus ipſe narrat in Apologetico Chriſtianos infanticidii, & carnis crudæ eſus accuſatos fuiſſe, *Dicimur*, inquit, *ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidii & pabulo crudæ.* Carnis, ſupp. ut dicitur frigida, id eſt, aqua frigida. Carnis dicit Tertullianus, non corporis integri: quod ipſum dixiſſet, niſi corpus pro carne acciperet. Iam ſat multis

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

& fortaſſis æquo pluribus teſtimoniis, authoritatibuſque Patrum corpus pro carne accipi confirmavi: ſed quia hic ſignificatus, & hæc velut nova interpretatio ad manducationem corporis Chriſti ſanguiniſque ejus potationem ſpirituales, non corporales, quæ per Spiritus ſancti potentiam in animo fiant, corroborandas valet maximè, & veterum patrum teſtimonia huc facientia, ſuprà allata, fulcit, ob id candidum lectorem lectionis non pœniturum, & prolixam confirmationem æqui bonique conſulturum, ſpero: addens interim quod Bernardus ad Guidonem Abbatem de ſeptem fontibus, Epiſt. 69. ſcribit, ſe panem & vinum ſimul apponere, non ſimul tamen ex his ſacra conficere: & prius de pane corpus, quam de vino ſanguinem more Eccleſiaſtico confici. Et quod Auguſtinus epiſt. 118. ad Ianuar. *Ipſam*, inquit, *potuit* [*Chriſtus*] *appellare Cœnam, qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent:* ubi obiter annota corpus pro pane accipi, propter calicem qui ſequitur, ne quis videlicet objiciat hac ſuperiore intelligentia corpus Chriſti ab ipſius Chriſti ſanguine diſtrahi & divelli. Separari enim non poſſunt, ſed diſtingui debent. Henricus tamen de Vrania in ſuis additionibus ad libr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Sentent. Petri Lombardi, ſupra à me citatus, lib. 4. Diſt. 8. §. forma, D, his verbis utitur, *Manducator* (nomen eſt cujuſdam authoris) *dicit quòd Tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti non fit, donec utraque clauſula dicta fuerit ſuper panem & vinum: & quando eſt totum dictum, totum factum eſt.* Certè 1. Cor. 11. 24. dicit de corpore ſeorſim, *Hoc facite in mei recordationem:* & rurſum verſ. 25. de ſanguine itidem ſeorſim, quæ duo diſtincta nomine mortis ſimul deſignantur, verſ. 26. Vocibus, τὸ σῶμά μου, (Corpus meum) Lucas poſtponit has, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, (Illud quod pro vobis datur: Vide Iohan. 6. 51.) Paulus autem, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον (illud quod pro vobis frangitur) Vbi præſentia ſunt pro paulò pòſt futuris, *Celuy qui s'en va eſtre donné. Celuy qui s'en va eſtre derompu:* (quale non eſt Ioh. 6. 51.) quæ certè energiam continent: quaſi ſit, Quod, ſicut iſte panis vobis fractus eſt & datus, ita pro vobis in crucis paſſionem dabitur, & quodammodo frangetur laceratum colaphis, verberibus, corona ſpinea, foſſione lateris, & manuum pedumque fixionibus: ut non abs re, vel propter hanc fractionis ſimilitudinem, demonſtrandi pronomen, Hoc, ſuprà diximus panem fractum indicare, quem dans tenebat Chriſtus. Quod etiam intel-

ligit Chryſoſtomus Hom.24.in 1.Cor.10. *Sed quare*, inquit, *addit*, *Quem frangimus? Hoc in Euchariſtia videre licet, in cruce autem minimè. Sed quod in cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur: & propter te frangi ſuſtinet, ut omnes ſatiet.* Vide Gl. Can. Cum frangitur. De conſecr. Diſt. 2. Et quod accepit, & fregit, & diſcipulis diſtribuit, corporis & ſanguinis ſui mentionem faciens, paſſionis typus fuit, ait Theodoretus Dial. 3. Magnam profectò emphaſim habet propria dandi ſignificatio, Dei erga nos gratuitam charitatem commendans. Additur etiam apud Lucam & Paulum poſt participia, τὸ διδόμενον, & τὸ κλώμενον, τὸ, *Hoc facite in mei recordationem.* Quod quomodo intelligam dicam quando ſimilia exponam in poculo.

Et accipiens calicem gratias egit.] Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας. Deinde accepit poculum, & quum gratias egiſſet. *Bibite ex hoc omnes.*] Diſcipulos hoc juſſu Chriſti feciſſe ſcribit Marcus, *Et biberunt ex eo omnes*, ſed per anticipationem. Ante enim quàm bibiſſent dixerat, *Hoc eſt enim ſanguis meus.* Atque ex hoc membro diximus ſic intelligendum alterum, *Hoc accipite & comedite omnes.*

Ex hoc] ἐξ αὐτοῦ. Ex hoc poculo ſupp. 2. Sam. 12. 3. Agna pauperis de fruſto panis

ejus comedebat, & de poculo ejus bibebat. *Hic eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti.*] τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. Hoc eſt enim ſanguis meus, ille novi teſtamenti. Ita legunt quædam exemplaria in epiſtola Cypriani ad Cæcilium, *Bibite ex hoc omnes. Hoc eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti.* Sic Pſal. 109. 20. τοῦτο τὸ ἔργον. (Hoc [eſt] opus.) Ezech. 16. 49. in Græco, τοῦτο τὸ ἀνόνημα, (Hoc) [fuit, quod in Hebræo exprimitur היה] peccatum, (iniquitas) Sodomorum. Hoc inquam nempe Superbia, &c. Atque ut analogiam ſequamur, quia priore de pane membro, τοῦτο (Hoc) neutrius eſt generis, quod valet, Hæc res, nempe hic panis, iniquum non eſt ut poſteriore idem valeat, τοῦτο, (Hoc) id eſt, Hæc res, nempe hoc poculum: quum utrobique de ſymbolo Cœnæ agatur. Adde quòd Lucas & Paulus reſolvunt iſtud, τοῦτο, in, τοῦτο τὸ ποτήριον (hoc poculum:) ut certò & definitè per, τοῦτο, (Hoc) demonſtretur hîc poculum. Nec tamen malè redditum eſt, *Hic eſt enim ſanguis meus.* Nam non Latinis modò Grammaticis canon eſt, ut demonſtrativum ſubjectum, ſeu ſuppoſitum, conveniat genere cum prædicato ſeu appoſito, (ſicut Æneid. 6.

Sed revocare gradum ſuperaſq; evadere ad (auras

Hoc

Hoc opus, hic labor eſt, id eſt, Hoc eſt opus, hoc eſt labor) ſed & Græcis. Pſ. 109. 23. ἡ χεὶρ σου αὕτη. Manus tua (eſt) hæc id eſt Iſtud. Hoc eſt manus tua. quod continuò declaratur, καὶ σὺ ἐποίησας αὐτήν. (Et tu feciſti eam) id eſt, Iſtud. Quinetiam in ipſo novo Teſtamento Græco & Latinitate donato, exempla occurrunt hujuſmodi: ut, *Hæc* (αὕτη) *eſt vita æterna, Cognoſcere te ſolum verum Deum, &c.* Ioh. 17. 3. id eſt, Hoc eſt vita æterna. *Hæc* (οὗτος) *enim eſt lex & prophetæ*, id eſt, Hoc enim eſt, Matth. 7. 12. Sermo De Cœna apud Cyprianum dicit, *Hæc eſt caro mea, Hic eſt ſanguis meus*, eadem prorſus ſignificatione cum, Hoc eſt caro mea, Hoc eſt ſanguis meus. Ante enim dixerat, Hoc eſt corpus meum. Quod Exod. 8. 19. Hieronymus vertit, *Digitus Dei eſt hic*, Græci reddunt, δάκτυλος θεοῦ ἐστι τοῦτο. (Digitus Dei eſt hoc.) Sic quod Ioh. 6. 40. *Hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me*, (τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.) Tertullianus lib. De reſurr. car. num. 27. habet, *Hoc eſt voluntas.* Quod in quibuſdam exemplaribus ab aliquo ſciolo eſt emendatum, Hæc eſt voluntas: qui ad lectionem veteris interpretis ſe voluit accommodare: quum Tertullianus ipſe ſic locum Exodi citatum vertat, *Digitus Dei eſt hoc*, Græcos imitatus, non Hic, lib. 4. adverſ. Marcio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

num. marg. 41. In Græco diſcernere non poſſis an Latinè reddas ad verbum, Hoc, an, Hæc. Nam τοῦτο poteſt eſſe neutrius generis ſubſtantivum, ut ſit, Hoc, nempe ut quiſquis videt filium, &c. vel adjectivum pertinens ad τὸ θέλημα ſubſtantivum, quod etiam neutrum eſt. 1. Petr. 2. 19. quod vetus interpres vertit, *Hæc eſt enim gratia*, in Græco legitur, τοῦτο γὰρ χάρις. Hoc enim (eſt) gratia: quemadmodum Iſa. 27. 11. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ: & Eccli. 32. 27. ἐν γὰρ τοῦτό ἐστι τήρησις ἐντολῶν, quod Latinè vertitur, *Hoc eſt enim conſervatio mandatorum:* ut videamus τὰ, Hæc eſt enim gratia, &, Hoc eſt enim gratia, eundem ſenſum efficere: ad quem modum intelligo, *Hic eſt enim ſanguis meus*, &, *Hoc eſt enim ſanguis meus*. αὕτη (Hæc) non ſemel ponitur pro τοῦτο (Hoc) Zachar. 5. quod in Hebræo ſit זאת fœmineum pro neutro Latino acceptum. Nam neutro carent Hebræi. Capite vero Zachar. 4. 6. eſt זה maſculinum (Hic) & in Græco οὗτος pro Hoc, neutro. Apocal. 20. 14. legitur οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος, Hæc eſt mors ſecunda, quod cap. 21. 8. eſt, ὅ ἐστιν δεύτερος θάνατος, Quod eſt mors ſecunda. Sic Ianus Cornarius apud Epiphanium in Ancorato vertit Hoc, &, Hoc, in utroque Cœnæ membro. Daniel. 2. 28. *Somnium tuum &* *viſio-*

viſiones capitis tui in cubili tuo דנה הוא Græci τοῦτό ἐστιν, Hieronymus, Hujuſcemodi ſunt. Luc. 8. 9. Quæ (τίς) eſſet hæc parabola, eſt cap. 15. 26. Quid (τί) eſſent hæc, non autem Quæ (τίνα.)

Novi teſtamenti.] Τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. Ille novi teſtamenti. id eſt, Ille confirmationis novi teſtamenti, Ille novo teſtamento confirmando deſtinatus & dicatus. Vide Pſal. 50. 5. Hebr. 9. 15. 16. 17. 18. 19. 20. (ad quem alludit hic locus) 21. 22. & cap. 12. 24. Novum teſtamentum quale ſit, videre eſt Heb. 8. & 10. ex Ierem. 31. ubi de vetere etiam diſſeritur ejuſque abrogatione: Novum autem hoc, fœdus eſt æternum, Hebr. 13. 20. Vide Exod. 19. Lex vires ſunt peccati, peccatum autem ſtimulus mortis, 1. Cor. 15. 56. Euangelium gratiam prædicat per fidem in Chriſtum, gratia autem vitam æternam affert, Rom. 6. 23. *Teſtamenti*] διαθήκης. Græci interpretes pro ברית quod fœdus & pactum in fœdere conceptum notat, verterunt διαθήκην pro συνθήκην. Canon, Cum Marthæ, De celebrat. miſſar. explicans locum canonis miſſæ, *Hic eſt enim ſanguis meus novi & æterni teſtamenti, Id eſt,* inquit, *novæ ac æternæ promiſſionis.* Lucas & Paulus aliis verbis utuntur: Lucas, τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου. Paulus, τοῦτο τὸ

ποτή-

ποτήϱιον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐςὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. Hoc poculum, novum teſtamentum (fœdus) eſt per meum ſanguinem. Hoc poculum, eſt metonymia. Continens pro eo quod continetur. id eſt, Vinum hoc poculo contentum. Ita etiam explicat Auguſtinus, Calix, vel, Quod habet calix, Serm. ad infant. referente Beda in 1. Cor. 10. Et Chryſoſtomus Homil. 24. in 1. Cor. 10. Sic Virgilius Æneid. 9. dicit, *Simul arma iacere, Vina ſimul.* Vaſa ſcilicet vini in quibus vina ponuntur, inquit Servius. Contrà Æneid. 1. *Et vina coronant.* Vina pro poculis poſuit. Sic Æneid. 7. *Et vina coronant.* Pro pateris, quanquam non abs re alteram etiam affert interpretationem de coronatis apud antiquos poculis. Quominus autem ποτήϱιον, accipiatur pro potu ſeu potione, obſtat participium λαβὼν, quod verſ. 17. δεξάμενος fuit. Manu enim ſeu digitis ipſum potum non accepit. *Novum fœdus.* id eſt, Novi fœderis confirmatio. Eundem ſenſum efficiunt Lucas & Paulus cum Matthæo & Marco. Ante ἐν ſubauditur articulus, ἡ, (quomodo 1. Samuel. 15. 14. in Græco, אשׁר in Hebræo, ex continuo ſequentibus: quomodo τὸν, ante ἐκ σπέρματος δαβὶδ, 2. Tim. 2. 8. id eſt, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος δαβὶδ, Rom. 1. 3. quomodo etiam אשׁר

ſid

(id eſt, τῶν) In Hebræo Geneſ. 5. 29. ante מן הארמה: quomodo denique οἱ ante ἐν οὐρανῷ Matth. 22. 30. ex Marco 12. 25.) ut ſit, Hoc poculum novum teſtamentum eſt meo ſanguine confirmandum, id eſt, Eſt novi fœderis confirmatio meo ſanguine confirmandi. Sic Theophylactus in 10. cap. Hebr. ſanguinem teſtamenti interpretatur: quòd per ipſum ſtabilitum ſit erga nos teſtamentum. Sic Tertullianus lib. 4. adverſ. Marc. num. 60. dicit Chriſtum in calicis mentione teſtamentum conſtituiſſe ſanguine ſuo obſignatum: & Theophylactus dicit, ſanguine Chriſti novum teſtamentum innovari. Signum fœderis, eſt ſignum confirmationis fœderis, Geneſ. 9. 12. 13. ex cap. 8. præced. & ipſo cap. 9. verſ. 10. 11. cap. 17. 10. fœdus, eſt ſignum fœderis, ſeu confirmatio fœderis. Sic Eccli. 44. 21. nomine διαθήκης, (Teſtamenti, fœderis) intelligitur circumciſio, ipſius fœderis obſignatio. Sic Chriſtus ipſe dicitur fœdus (διαθήκη) populi, Iſa. 42. 6. quod confirmat Daniel 9. 27. Vide Homeri locum annot. 20. b. infrà.

Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.] Pro multis, quaſi dicas. Non pro me, quaſi peccator remiſſione & expiatione egeam, (Hinc charitas Chriſti erga nos oſtenditur. Vide Rom. 5. 8. 9. 10) neque

neque pro uno tantùm, ſed pro multis, nempe pro omnibus. Vide 1. Ioh. 2. 2. licet ad ſolos fideles fructus mortis redeat. Lucas habet, *Pro vobis.* id eſt, Pro omnibus hominibus de quorum numero & genere vos eſtis. Sicut autem Hebr. 9. 23. potiores victimæ numero multitudinis dicuntur, pro unica potiore Chriſti victima, idque καταχρηστικῶς, quia videlicet alterum antitheton fuerat plurale, ut ita utrumque eſſet plurale: ſic contrà per multos qui omnium reſpectu pauci ſunt, omnes hîc intelliguntur. *Effundetur.*] In Græco ἐκχυνόμενον, Effunditur, in præſenti, pro paulo pòſt futuro, ut in priore membro, τὸ διδόμενον, τὸ κλώμενον. (Quod datur, Quod frangitur) Sic Exod. 16. 4. 5. 8. in Hebræo: Geneſ. 15. 13. 17. Exod. 17. 6. in Hebræo: & aliis locis infinitis. *In remiſſionem peccatorum.*] Exponit τὸ, Pro multis quaſi dicas. Id eſt in remiſſionem peccatorum eorum. Vide Hebr. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Exod. 24. 8. Levit. 17. 11. Alludit enim ad ſanguinis veterum victimarum effuſionem: & hinc illas fuiſſe umbras & figuras, ſe autem corpus eſſe & veritatem oſtendit. Lucas habet, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, Qui pro vobis effunditur. Vbi abſque Græco Latina ſtructura quadrat optimè. Pro vocabulum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

enim Qui, ſanguinem appoſitè refert: Græca autem, à canone Grammaticorum aberrat. Nam, τὸ ἐκχυνόμενον, quod ſenſu quadrat cum ἐν τῷ αἵματί μου, voce diſcordat. Ita enim ad verbum, Hoc enim poculum novum teſtamentum eſt in meo ſanguine, quod pro vobis effunditur: pro, Qui pro vobis effunditur. Sed Canon Hebraicæ Grammaticæ eſt, etiam à R. Davide Kimhi in Grammatica Michlol non tacitus, quum duobus ſubſtantivis de re eadem dictis poſtponitur adjectivum, hoc poſſe promiſcuè cum utrolibet, priore vel poſteriore Grammaticè congruere: ut æquè extra ſolœciſmum dicas, Hoc poculum novum fœdus eſt meo ſanguine confirmandum, quod effundetur, ac Qui effundetur. Vide Deuter. 28. 6. & cap. 29. 21. in Hebræo, & conferto cum verſione Græcorum & Hieronymi. Eadem ſyntaxi uſus eſt & ipſe Lucas, cap. 5. 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον. Super captura piſcium quam ſimul ceperant, id eſt, Quos: cap. 9. 53. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ. Facies ejus erat iens Ieruſalem, id eſt, euntis. Quare vetus interpres rectè ad ſenſum convertit, *Euntis:* ſicut hîc, *Qui*. Sic Ioh. 21. 12. *Nullus diſcipulorum audebat eum interrogare, quum ſcirent*, εἰδότες, id eſt, εἰδότων. Sic, 1. Ioh. 4. 3. *Et hic* [ſpiritus] *eſt Antichriſti*,

chriſti, quem [ſpiritum] *audiſtis venturum*, pro Quem Antichriſtum audiſtis venturum, ex cap.2.18. Iuxta hanc ſtructuram accipio Luc.1.71. σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν (Salutem ex inimicis noſtris) pro σωτηρίας. Eſt enim Epanalepſis vocis σωτηρίας, verſ. præced. propter interpoſita τὰ, καθὼς ἐλάλησε &c. quaſi ſit Cornu ſalutis, ſalutis inquam: ut declaretur adverſus quos ſit hæc ſalus. Sic Apoc. 8. 9. καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχὰς (Et mortua eſt tertia pars creaturarum quæ erant in mari habentes animas). Nam τὸ, τὰ ἔχοντα ψυχὰς, poſitum pro, τὸ ἔχον ψυχὴν, (quòd videlicet τὸ τρίτον, nomen ſit collectivum) pertinet ad ipſum τὸ τρίτον, loco τῶν ἐχόντων ψυχὰς, quod reſpiciat ad τῶν κτισμάτων, ut ſit, Et mortua eſt tertia pars creaturarum quæ erant in mari, habentium animas. Pſal. 119. 82. ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου λέγοντες (Ita enim legunt omnia exemplaria, ex Hebr. לאמר) Defecerunt oculi mei dicentes, id eſt, λέγοντος, Dicentis. Auguſtinus legit & exponit, Dicentes. Alterius ſtructuræ exempla habes in Hebræo Exod. 25. 5. 1. Samuel. 2. 4. Alia multa brevitatis cauſa omitto. Poſt hæc additur & in hoc Cœnæ membro apud Paulum, *Hoc facite, quotieſcunque biberitis, in mei recordationem:* ut & priore intelligatur eſſe, Hoc

facite,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

facite, quotieſcunque ederitis, in mei recordationem, quaſi dicas. Hoc edite, quotieſcunque ederitis: Hoc bibite, quotieſcunque biberitis. Ex quibus ſignificatio imperativi, Facite, intelligitur eſſe, Edite, Bibite. Edite, inquam, & bibite nunc: & poſt mortem meam jam nunc inſtantem accipitote panem, gratias agitote, frangitote, accipitote poculum, gratias agitote: utrumque vobis ſumitote, aſſiſtentibus participaturis diſtribuitote. Sic enim & ætiologiam cur hoc faciant Corinthii, addit Paulus, *Quotieſcunque enim ederitis & biberitis.* Atque ex eo concludit, *Itaque quicunque ederit, vel biberit.* Vnde apparet quàm parum appoſitè quidam hîc accipiant Facere, pro Sacrificare, locum Virgilianum Ecl. 3. adducentes in teſtimonium,

Quum faciam vitulam pro frugibus, ipſe (venito.

Primùm enim corruptè legunt, vitulam, caſu accuſandi, pro vitula, caſu auferendi: vel teſte Servio: qui ad confirmationem adducit, Facere thure, facere agna: citatque Horatium 1. Carm.

Sive poſcat agnâ, ſeu malit hœdo:

Et alibi ipſe Virgilius,

Placatam Eurydicen vitula venerabere (cæſa.

Itaque faciam vitula, valebit, faciam ex vitula. Deinde verbo Faciam, ſubauditur

accu-

accuſativus, Sacrificium, facilè propter loquutionem hanc crebrò recurrentem & loci exigentiam ſubintellectus. Sic enim apud Ciceronem aliosque authores invenire eſt plena & perfecta oratione, facere ſacrificium. Cicero De aruſp. reſpon. *De illo ſacrificio quod fit pro ſalute pop. Romani:* ſicut Livius dicit, Sacrificium ritè perpetratum. Nam quod apud illum Pro Murena legimus, *Nolite hunc à ſacris patriis Iunonis ſoſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum Conſulem potiſſimum avellere:* in eo poſt infinit. Facere, relativum, Ea, ſubaudio: quod Sacra quæ præceſſerunt referat: quemadmodum idem De aruſp. reſponſ. *Ne quis*, inquit, *te ſacra illa tua facientem videre poſſit.* Sic operari ſacrificare notat, ut Æneid. 3.

Connubiis arviſq; novis operata iuuentus:

ſed ſyntaxin perficit idem Maro Georg. 1.

--- annua magnæ

Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

id eſt, Operatus eis ſacris, ſupp. Ergo faciam vitula, valet, faciam ſacrificium ex vitula. Quòd ſi tamen velint ex illo Virgilii loco, hîc Facere, accipi pro Sacrificare, dicant igitur eadem ſyntaxi, Hoc facite, ſexto caſu: ut ſit, Facite ex hoc. Atqui iſtud non patitur τȣ̃το, quarti caſus, per ο in fine pictum, non per ῳ punctulo ſuppo-

ſuppoſito, quod diphthongum ſignet impropriam. Nam quod ad Pſal. 66. 15. *faciam* (אעשׂה) *boves cum hircis*, quod Græci verterunt ἀνοίσω (Offeram), quomodo & verbum quod præceſſit אעלה, omnino loquutio manca eſt & imperfecta, ex ſimilibus ſententiis abſoluenda, ubi plenæ ſunt loquutiones, id eſt. Faciam boves ſacrificium, ut Exod. 24. 5. vel, In ſacrificium, In oblationem, vel aliquid id genus, id eſt, Faciam ſacrificium ex bobus: quemadmodum legitur, 1. Reg. 5. 15. *Et obtulit holocauſta & fecit pacifica*, id eſt, pacificorum ſacrificia: Ezech. 43. 27. & 1. Reg. 12. 27. *Vt faciat ſacrificia*, ubi Græci ἀναφέρειν τὰς θυσίας, Vt offerat victimas. Exod. 10. 25. *Tu quoque dabis nobis holocauſta & hoſtias & faciemus Deo noſtro*, Græci, Quas faciemus Deo noſtro: Hieronymus, Quæ offeramus. Neque verò minus ineptè faciunt, (ut & hoc obiter, non abs re tamen, quia in ſacrificandi mentionem hanc incidimus, addam) qui propterea quòd Hieronymus Deuter. 16. 10. vertit, *Oblationem ſpontaneam manus tuæ quam offeres*, ex Hebræo מסת נדבת ידך אשר תתן, prætendunt nomen Miſſæ ſacrificium ſeu oblationem ſignificare: quaſi מסת (Miſſath) oblatio ſit ſeu ſacrificium. Neque enim ita Hieronymus accipiendus eſt, ut pro

his

his duabus מסת נדבת has duas, *Oblatio-nem ſpontaneam* reddiderit. Priorem enim מסת non eſt interpretatus: alteram נדבת unicam, in has duas convertit, Oblationem ſpontaneam. Id quod non tantum hoc fecit loco. Nam Numer. 29. 35. vertit pluralem נדבוה Spontaneas oblationes: Amos 4. 5. voluntarias oblationes: Levit. 22. 18. Sponte offerens: & cap. 23. 38. Quæ ſponte tribuitis. Quin & ipſum ſingularem נדבה Eſdr. 1. 4. Quod voluntariè offerunt: & Exod. 35. 29. per pluralem, Voluntaria. Ex quibus palam eſt vocabulum מסת hoc loco ab Hieronymo non fuiſſe redditum, & Miſſam non poſſe hic ſignificare, ne ſacrificium quidem ſive oblationem: tantum abeſt ut ſacrificium voluntarium, ſeu voluntariam oblationem notet. Porro autem unus non eſt hic locus ubi vocem aliquam prætermiſit non redditam Hieronymus. Sunt enim ab eo omiſſæ nonnullæ, Geneſ. 25. 7. Levit. 5. 7. 11. Deuter. 4. 12. Iudic. 4. 4. 1. Sam. 17. 13. 2. Reg. 18. 17. Certè Geneſ. 44. 7. aut mendum eſt in Latinis exemplaribus, aut non reddidit חלילה, (Abſit). Satis autem eſſe duxit, ſi vel ſenſum redderet, vel quædam præceſſiſſent aut ſequerentur quæ idem declararent. מסת enim hîc præteritum, ſupplevit his quæ ſequuntur, *Iuxta bene-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

benedictionem Domini Dei tui. Quaſi dixiſſet, ſi dictionem illam vertiſſet, Et celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres [ſecundum] ſufficientiam [tuam, id eſt] Iuxta benedictionem Domini Dei tui: ſive ut propriè in Hebræo habetur, Prout benedixerit tibi Dominus Deus tuus. Subaudio autem præpoſitionem, Secundum: quam ſubaudit etiam Chaldaica paraphraſis, cap. præced. verſ. 8. ante ſuum מיסת qnæ non exprimitur in Hebræo ante די, ſufficientiam ſignificans: pro quo ipſa Chaldaica verſio reddit מיסת, Deuter. 15. 8. Levit. 5. 7. & cap. 12. 18. multiſque aliis locis: ut ex illis ipſum מסת etiam ſufficientiam notet. Totus itaque locus ipſe Deuter. 16. 10. juxta veritatem Hebraicam ita habeat, Et celebrabis ſolennitatem Hebdomadum Domino Deo tuo. [Iuxta] ſufficientiam [tuam, erit] ſpontanea oblatio manus tuæ: quam dabis prout benedixerit tibi Dominus Deus tuus. Iuxta ſufficientiam tuam, id eſt, Pro tuis facultatibus, Pro ratione tuarum opum. Id quod manifeſtiſſimum eſt, ex verſ. 17.

a. *In mei recordationem.*] Ex ætiologia ſeq. apud Paulum ſignificat, In meæ mortis recordationem, Ad renovandam mortis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mortis meæ memoriam. Manducationem enim & potationem ſimul conjungit de quibus ſeparatim dixerat, Hoc facite in mei recordationem, Quotieſcunque enim, ait manducaveritis panem hunc, & biberitis hoc poculum, mortem Domini annunciate. Sic Auguſtinus lib. 3. De Trinit. cap. 4. *Quod ſumimus in memoriam Dominicæ paſſionis*, &c. Mors autem Chriſti potiùs quàm cæteræ ejus actiones exprimitur: quia ſacramentum hoc, & in eo cæremoniæ, magis propriè mortem ejus repræſentant: & remiſſio peccatorum ſanguini ejus in paſſione effuſo tribuitur: ſicut ſine ſanguine non fit remiſſio, Hebr. 9. 22. tradituſque ipſe eſt [in mortem] propter delicta noſtra, Rom. 4. 25. Nam quod accepit, & fregit, & diſcipulis diſtribuit Chriſtus, corporis ſui & ſanguinis mentionem faciens, paſſionis typus fuit, juxta Theodoretum Dial. 3. Et Ambroſius in 1. Cor. 10. *Quia*, inquit, *morte Domini liberati ſumus, huius rei memores in edendo & potando carnem & ſanguinem eius, quæ pro nobis oblata ſunt, ſignificamus.* Et Cyprianus Epiſtola ad Cæcilium, *Paſſio eſt Domini, ſacrificium quod offerimus.* Vbi Paſſio, paſſionis memoria eſt, ex præced. ut immolatio carnis quæ ſacerdotis fit manibus, Chriſti paſſio, mors, crucifixio, non rei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

rei veritate, ſed ſignificante myſterio, De conſecr. Diſt. 2. Ca. Hoc eſt quod: Can. Quid ſit. Et paſſionem ſuam Chriſtum dare edendam teſtatur Auguſtinus, in Pſal. 21. Expoſit. 2. Quem ſequutus Leo dicit Chriſtum paſſionis ſuæ & mortis ſacramenta tradidiſſe, Serm. 7. De paſſione Domini: Tertullianus vinum in ſui ſanguinis memoriam conſecraſſe, Lib. De anima. cap. De quinque ſenſibus. Alioqui ipſe omneſque ejus ante poſtque mortem actiones, & geſta, donaque omnia per eum in nos collata, in memoriam perpetuò revocanda ſunt, deque eis gratiæ agendæ. Sic enim Chryſoſtomus Serm. 3. in cap. 1. Epiſt. ad Epheſ. *Quotieſcunque inquit Paulus, hoc feceritis, mortem Domini annuntiatis, hoc eſt memoriam facitis ſalutis, quæ pro vobis facta eſt, ac beneficii mei.* Sic etiam Auguſtinus, De fide ad Petrum, cap. 19. *In iſto ſacrificio gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit: & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit.* Quin & ultrà progreditur Auguſtinus De verb. Dom. ſec. Luc. *Tu audis quòd quotieſcunque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, elevatio eius, ſignificetur & remiſſio peccatorum.* Et epiſt. 57. ad Dardanum, *Noſti autem in quo ſacrificio dicatur, Gratias agamus Domi-*

Domino Deo noſtro? Vide, quæſo, diligenter Chryſoſt. in cap. 10. ad Hebr. ſub finem Homil. 17. à vocibus, *Non enim quia ſacerdos, &c.* Qui locus multos ejuſdem authoris conciliat de tali ſacrificio loquentes, ut in Morali Homil. 5. in cap. 1. 1. ad Timoth. Ergo, *in mei memoriam*, id eſt, Mei (meæ perſonæ) meæque mortis: (Nam, *in recordationem mei*, habent Euangeliſtæ, quibus addit Paulus recordationem mortis: ut hæc ſub illa intelligatur, & contrà. Et Cyprianus Epiſt. ad Cæcil. dicit nos calicem in commemorationem Domini, & paſſionis ejus offerre) mortis, inquam, quæ jam jam inſtat, & poſthac quum hoc facietis, præterierit. (Præterierat autem, quum Paulus diceret, Quotieſcunque enim ederitis, &c.) Quam ob cauſam futurus poſthac à vobis abſens corpore, volo tunc vós hoc ſacramento me in memoriam veſtrã reducere. Quum inſtitueret Cœnam Chriſtus, præſens erat corpore, adhuc mortali & minimè glorificato. Ideoque non dicit, Edite nunc in memoriam mei. Nemo enim recordatur, niſi quod in præſentia non eſt poſitum, Auguſt. in Pſalm. 77. Propterea Gaudentius Chriſtum ait Euchariſtiam tanquam pignus ſuæ præſentiæ reliquiſſe. Noſtram autem Cœnam ei ſimilem,

licet

licet Chriſto in cœlum recepto, aſſerunt, Auguſtinus Serm. 33. De verb. Dom. ſec. Luc. & Chryſoſtomus, Homil. 27. in 1. Cor. 11. aliiſque locis: De conſecr. Diſt. 2. Can. Quid ſit. Quo fit ut qunm de Cœna diſputatur, non minorem ejus quam tunc ſumpſere diſcipuli, oporteat rationem haberi, quàm hujus quam hodie nos, majoreſque noſtri omnes fideles poſt receptum in cœlos Chriſtum, ederunt & biberunt, maximè ſi de corporis & ſanguinis Chriſti manducatione & potatione & præſentia, noſtraque cum eis, id eſt, cum toto Chriſto, communione atque adeo unione, agatur. Cæterùm hîc in calce Cœnæ non inutile fuerit admonere, Chriſtum alluſiſſe quidem & reſpexiſſe ad locum Exod. 24. 8. laudatum Hebr. 9. 20. ſed ſenſu non vocibus. Illic enim in Hebræo legitur הנה דם־הברית, Ecce ſanguinem teſtamenti, ſeu fœderis: quod & Græci ad verbum reddiderunt, ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης: ſed epiſtola ad Hebræos, τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, quam Hieronymus imitatus, *Hic eſt*, ait, *ſanguis fœderis*. id eſt, Hic ſanguis fœderis. τοῦτο enim illic demonſtrat ſanguinem, de quo verſ. 6. & quem aſpergebat Moſes eod. cap. verſ. 8. quò maximè reſpicit quod hoc Matthæi loco ſcribitur, τὸ τῆς καινῆς

διαθήκης· τὸ enim articulus reſpicit hîc, τὸ αἷμά μου, non τοῦτο: quaſi ſit, τὸ αἷμά μου, ὅ ἐστι αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης. (Sanguis meus qui eſt ſanguis novi teſtamenti) vel, τὸ αἷμά μου καὶ τοῦτο τὸ αἷμά μου ἐστιν αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης. (Sanguis meus: & iſte ſanguis meus, ſanguis eſt novi teſtamenti.) Nam τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης in ep. ad Hebr. poteſt etiam verti, Hic ſanguis, ſanguis eſt fœderis: quemadmodum Marc. 12. 27. *Non eſt Deus mortuorum.* id eſt, Deus, non eſt mortuorum Deus, ex cap. 22. 32. apud Matth. Id quod hîc apud Matthæum dicere non poſſis de τοῦτο (Hoc), neque de הנה (Ecce), ſi forte placeat ad formam Hebraici loci Exodi, tranſmutare, Ecce ſanguinem meum: propterea quòd τοῦτο (Hoc), neque corpus, neque ſanguinem quæ præceſſerint, poteſt demonſtrare. Vnde apparet lectionem in epiſt. Cypr. ad Cæcil. vitiatam eſſe, *Hoc* (Hic) *eſt enim calix novi teſtamenti*, pro, Hoc (Hic) eſt enim ſanguis meus novi teſtamenti, ſicut in Euangelio legitur. Ita debent intelligi τὸ διδόμενον, &, τὸ κλώμενον in altero membro, nempe ut ad, τὸ σῶμά μου, referatur, non autem ad, τοῦτο. Quamobrem quum Tertullianus interpretatur, *Hoc eſt figura corporis mei* (τοῦτό ἐστιν ὁ τύπος τοῦ σώματός μου) non ſequetur, τὸ, Quæ pro vobis datur (ὁ

ὑπὲρ

ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον) ſed, Quod pro vobis datur (τοῦ ὑπὲρ ὑμῶν διδομένου.) Sic autem quod ex Iſa. 42. 1. fuit hîc apud Matth. cap. 12. 18. ἰδοὺ ὁ παῖς μου, fuerat cap. 3. 17. ſupra, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, ſed certa Chriſti perſona demonſtrata. Contrà Zachar. 5. 7. וזאת (Et hæc) Græci & Hieronymus verterunt, *Et ecce.*

b. *Amen autem dico vobis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis.*] Ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος ἀμπέλου. Amen autem dico vobis, Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis. ὅτι, accipitur εἰδικῶς. Quare bono jure non redditur à vetere interprete. ἀπ' ἄρτι. Alibi, ἀπὸ τοῦ νῦν, מעתה, Ex nunc, Poſthac. ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου. Ex hoc, δεικτικῶς, nempe fructu vitis. Periphraſis eſt vini. Ob id Theophylactus in Marcum dicit, Non bibam ex hoc vino. Ita פרי (Fructus) etiam Hieronymo eſt γεννήματα, numero plurali, Iſa. 3. 10. Sic 1. Mach. 14. 8. cap. autem 3. 45. fuerant filii, Nati. γεννήματα (Fructus) Hebraicè ſunt תנובות, Deuter. 32. 13. תנובה in ſingulari, Ezech. 36. 30. ubi Hieronymus, Genimina: & Deuter. 32. 22. יבולה: Vbi Hieronymus Germen. Cyprianus epiſt. ad Cæcil. reddit, Ex iſta creatura vitis, Homeri. Iliad. 3. Vinum appellat fructum terræ, (ἀρούρης)

arui propriè vitibus conſiti videlicet: ſicut Silius dicit arua vitifera. Sed præſtat totum Homeri locum recitare. Nam & ad hunc facit nonnihil. *Præcones autem,* inquit, *per urbem ferebant deorum firma fœdera, agnos duos & vinum exhilarans, fructum terræ, in utre caprino.* Vocat Homerus duos agnos illos & vinum, fœdus (fœdera) quæ confirmando fœderi (confirmandis fœderibus) adhiberentur: quemadmodum Lucas ſanguinem Chriſti per vinum poculo contentum, appellat fœdus. Homerus dicit vinum exhilarare: ſic lætificat cor hominis Pſal. 104.15. Act.14, 17. Eccli. 40.20. Zach. 10.7. & Deum & homines, Iudic. 9.13. quò alludens Aquinas, hymno Sacris ſolenniis, *Dedit*, inquit, *& triſtibus ſanguinis poculum.* Hinc Bacchus appellatur χαριδώτης, id eſt, interprete Horatio, Lætitiæ dator: quo epitheto etiam inſignitur Æneid. 1.

Adſit lætitiæ Bacchus dator:

& Ecl. 5. ſub finem,

Et multo imprimis hilarans convivia Bacc(*cho.*

Quod etiam vitis ipſa non tacet Iudic. 9. 13. Homerus appellat vinum fructum terræ: ſic Auguſtinus Corpus Chriſti & ſanguinem dicit illud tantùm quod ex fructibus terræ (frumento, id eſt, pane ex frumento confecto, & vino) accipitur &

myſtica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

myſtica prece conſecratur, lib. 3. De Trinit. cap. 4. Cæterùm hæc & ſequentia uſque ad verſ. 30. ad ſacramentalem Cœnæ inſtitutionem non pertinent, neque ſuo ordine à Matthæo & Marco narrantur, ſed à Luca: qui hæc ante Cœnæ inſtitutionem deſcribit, quibus & eſum præponit, ſicut cibum edimus & vinum potamus. (vide Theophyl. in Lucam.) Sed huc illi diſtulerunt ut mentionem vini cum vini mentione conjungerent, licet ordine non ſervato. Id quod ſæpe fit in Euangeliſtis & Prophetis, aliiſque Scripturæ hiſtoriis & geſtis. Qua de cauſa, καὶ apud Lucam interpretor εἶτα, (Deinde:) vel μετὰ ταῦτα (Poſt hæc). Nempe poſt Cœnam peractam. id eſt, μετὰ τὸ δειπνῆσαι, ut loquitur verſ. ſeq. Poſtquàm cœnaſſet. Nam etiam huc refero ſimilitudinis adverbium ὡσαύτως: quod 1. Cor. 11. 25. licet poſteriore tantùm loco ponatur, ad priora tamen etiam pertinet per Hypozeugma, ut ante eſt annotatum. Accipiamus igitur Lucam, & tres pariter conjungamus & interpretemur: Quum igitur venit hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, & dixit eis, (Vide Paulum Fagium in Chald. Paraphr. Deuter. 8. ann. 10. Vbi multa de benedictionibus in hac Chriſti Cœna.) *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha*

manducare vobiſcum, antequàm patiar.] *Deſiderio deſideravi.* ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα. Hæc ipſa loquutio legitur, Geneſ. 31. 30. niſi quòd corruptè eſt accuſativus ἐπιθυμίαν, in quibuſdam codicibus. Geminatio contentionem & vehementiam notat apud Hebræos, qui frequentiùs geminare ſolent per infinitivum ſive gerundium præcedens, Deſiderando deſideravi. Pſalm. 118. 11. legitur in Hebræo, Circundederunt me, næ circundederunt me. quod in Græco, κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με. (Circundantes circundederunt me) 1. Samuel. 2. 27. Revelando revelatus ſum, Græci verterunt, ἀποκαλυφθεὶς ἀπεκαλύφθην, Hieronymus, Apertè revelatus ſum. Ergo Deſiderio deſideravi, valet, Summo deſiderio deſideravi. *Hoc Paſcha.*] Hunc agnum Paſchalem. *Antequàm patiar.*] Supplicium mortis tormentáque & dolores ante eam, intelligit, quaſi dicas, Brevi crucis mortem ſum ſubiturus. Antequam hoc eveniat, gaudeo vos huic meo convivio intereſſe: id quod vehementiſſimè antea deſideravi. Admittere ad epulum ſolenne ſolemus amicos, maximè quum diutiùs ab illis abſfuturi ſumus, illiſq; bene precari & valedicere, atque eos aliquo noſtræ amicitiæ mnemoſyno donare.

Et longum, formoſe, vale, vale, inquit Iolla,

apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

apud Virgil. Deſiderabat autem Chriſtus, quia per proximum crucis ignominioſum ad expianda omnium peccata, & ſalutem illis æternam parandam, cujus rei gratia venerat, ſupplicium, gloriam ſummam redivivus erat conſequuturus, & in cœlum ad patrem depoſita mortalitate reverſurus, ibique merum in omnes imperium ab ipſo patre accepturus. Glorifica me Pater (dicebat paulò antequam in mortem proderetur, à ſe præviſam & præfinitam) gloria quam habui priuſquàm mundus fieret. Ioh. 17. 5.

Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud.] λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ. Dico enim vobis me non amplius comeſturum ex hoc. Ætiologia eſt quaſi ſit, Ante quàm patiar, brevi certè paſſurus. Non enim ex hoc edam amplius, quoad poſtquam mortuus fuero, regnum à patre mihi promiſſum inibo à mortuis excitatus. *Ex hoc.*] ἐξ αὐτοῦ. Propriè, Ex eo: ſed melius eſt ut ſignificet, ἐκ τούτου, Ex hoc. *De cecy.* Et ſic in altero membro eſt apud Matthæum, ἐκ τούτου (Ex hoc). Hoc autem intelligo δεικτικῶς, ut ſcilicet cibum oſtendens hoc dixerit. Sic, Hujus δεικτικὸν eſt apud Terent. in Adelph. *Huius non faciam.* (Quem ſenſum membrum confirmat alterum, Non bibam ex hoc: ſed illic expri-

mitur quod, Hoc, demonſtrat) aut certè cibi ſpeciem pro cibo ipſo: vel relativum eſt ſine antecedente : cujuſmodi crebra ſunt in Scripturis. id eſt, Ex cibo.

Donec impleatur in regno Dei.] ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. Donec completum ſit in regno Dei. πληρωθῇ, eſt impersonale. id eſt, Donec completa ſint omnia, per Scripturas de me ad mortem uſq; meam prædicta. Sic imperſonaliter accipitur, τετέλεσται, Conſummatum eſt, Ioh. 19.30. Vide Luc. 22.37. Act. 13.29. & verſ. 54.56. infrà. Sic in quibuſdam exemplaribus ἐθαυμάσθη, eſt imperſonale Apoc. 13.3. καὶ ἐθαυμάσθη ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ὀπίσω τοῦ θηρίου.

In regno Dei.] Loquutio conciſa, quaſi dicas. Quum ero in regno Dei, Quod fiet cum ero in regno Dei, Idque in regno Dei. Poteſt & πληρωθῇ, pertinere ad Paſcha. Non edam ex cibo donec ipſum Paſcha compleatur, id eſt, Figura Paſchalis agni præterierit, & ad finem ſuum pervenerit, veritatis adventu. Agnus enim Paſchalis typus fuit Chriſti, veri agni Paſchalis, 1. Cor. 5.7. Altero de poculo membro erit, Donec regnum Dei venerit. Quid ſit, regnum Dei veniſſe, vide annot. 20. cap. 16. ſuprà. Vide etiam Luc. 24.41.42.43. Ioh. 21.5.9.10.12.13. Act. 10.41. Quod Ioh. 2.22. eſt *Quando ſurrexit a mortuis,*

cap.

cap. 12. 16. legitur, *Quando glorificatus eſt.* Conferto & Luc. 24. 26. cum verſ. 46. Item Matth. 20. 21. cum Marc. 10. 37. Apud Matthæum eſt, *Vſque in diem illum, quum bibam illud vobiſcum novum in regno patris mei*, ſive, in regno Dei, apud Marcum. *Bibam illud.*] αὐτὸ πίνω. Ipſum bibo: ſed præſens eſt pro futuro. Et, Ipſum, id eſt, Ex eo: Sic enim ante uſurpavit hanc ſyntaxin. *Novum.*] Cyprianus ad Cæcilium ita hoc recitat, *Vſque in diem illum quo vobiſcum bibam novum vinum in regno patris mei.* Quod ad hunc modum repetit, *Quomodo autem de creatura vitis novum vinum cum Chriſto in regno Patris bibemus?* Novum autem vinum poteſt ſignificare aliud vinum. Qui enim Exod. 1. 8. eſt in Hebræo novus rex, idem in Græco eſt ἕτερος, Alius. Quæ Marc. 16. 17. ſunt linguæ novæ, leguntur Act. 2. 4. & Iſa. 28. 11. linguæ aliæ ſeu diverſæ à conſuetis. Sic Nomen aliud in Hebræo Iſa. 65. 15. in Græco eſt nomen novum. Ita Novum (καινὸν) exponet relativum (αὐτὸ) ipſum, illud: ut ſit, Quoad uſque bibam ex eo vobiſcum, non ex eodem ipſo quidē, ſed novo, id eſt alio. Chryſoſtomus & Theophylactus interpretantur Novum, Novè id eſt, καινῶς, quaſi ſit, id quod novum erit & admirandum: & ſic καινὸν, non pertinebit ad αὐτὸ, ſed ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

parentheſis intelligetur. Talis eſt parentheſis (Mirabile dictu) pendente etiam ſententia imò & ſtructura, apud Virgilium Georg. 3. Imò Lucianus ipſe plerunque hac ipſa Parentheſi utitur, articulo expreſſo τὸ κεινότατον. Vel Nove, id eſt, Novo bibendi modo, mortalitate videlicet in immortalitatem mutata. Ita vinum novum, dicetur novum non reſpectu vini, ſed vinum bibentis. Sic Marc. 16. 17. Linguæ novæ ſunt non reſpectu linguarum, ſed loquentium. Immutatus quidem & innovatus fuit Chriſtus per excitationem à mortuis, at non natura & ſubſtantia, ſed qualitate. Vide 1. Cor. 15. 51. 52. 53. 54. (quibus 53. & 54. mortale quod dixerat immutandum, dicit immortalitatem induturum) & Philipp. 3. 21. Sic mutatur Samuel in virum alium, 1. Samuel. 10. 6. Sic peracto extremo judicio, deſinent hoc cœlum, & hæc terra: quando incipient cœlum novum & terra nova. Mutatione namque rerum, non omnimodo interitu tranſibit hic mundus, &c. Figura ergo præterit, non natura, Auguſtinus De civit. Dei lib. 20. cap. 14. Ambroſio mutatur homo interior in Baptiſmo, & fit nova creatura de veteri, Epiſt. ad Demetriad. quam Ambroſii mutationem Baſilius, Ad Cæſarianos epiſt. 141. appellat

creatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

creationem. Ad hunc modum Lucas, cap. 9.29. narrat ſpeciem vultus Chriſti aliam factam fuiſſe: quod Marcus cap. 9.2. Chriſtum transformatum fuiſſe. Et Iudith vultus alius factus eſt, Iudith, 10.7. in Græco. Leo Serm. 1. De reſurr. Dom. *Nec virtutis augmento conſumpta ſubſtantia eſt, qualitas tranſiit, non natura defecit: &c. Vt caro Chriſti & ipſa ſit per eſſentiam, & non ſit ipſa per gloriam.* Porrò autem Marcus & Lucas habent, *Non bibam de fructu vitis:* Matthæus autem, *Non bibam de hoc fructu vitis*, addito demonſtrativo, ἐκ τουτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου. (Ex hoc fructu vitis) Poſt quod, ἐκ τούτου, adſcribo hypoſtigmen: ut τούτου, neutrum ſit ſubſtantivum, *De cecy:* Deinde exponat quid per τούτου intellexerit, nempe fructum vitis, id eſt, vinum. Sic Marcus & Lucas dicunt, *Ex fructu vitis.* Ita utrumque, ἐξ αὐτοῦ & ἐκ τούτου, neutra erunt δεικτικά. Quod ſi conjungamus abſque diſtinctione, τοῦ γεννήματος cum ἐκ τούτου adjectivo: tunc τὸ, Ex hoc fructu vitis valebit, Ex hujuſmodi fructu vitis. *De ce vin cy, De pareil vin, De vin qui ſoit vin comme ceſtui-cy l'eſt:* non autem, Quod ſacramentum ſit, ſicut iſtud eſt ſacramentum. Idem profecto futurum erat vinum: at non numero, ſed ſpecie. Tale eſt quod ſcribit Virgilius Georg. 3. *Amor*

omni-

omnibus idem. nempe hominibus, feris, piſcibus, pecudibus, & avibus. Vbi Servius, omnibus, id eſt in uno quoque genere unus eſt amor, id eſt ſimilis, ut puta in lupis, in equis, & aliis omnibus pro qualitate ſui generis. Nam idem in omnibus animalibus non eſt amor, ſed in ſingulis generibus pro qualitate naturæ. Prior interpretatio videtur potior. Sub potu autem intelligitur eſus præceſſiſſe expreſſus à Luca. Sic Galli, *Allons boire*, id eſt, *Manger & boire.* Duabus autem de cauſis videtur, periphraſi vini uſus. Altera, ut inter vinum hoc & ſymbolicum ſeu ſacramentale differentiam quandam notaret: altera, ut etiam in ſacramentali potu vinũ intelligeretur. Nam vinum fuit quod ſanguinem ſuum dixit Chriſtus, Cyprianus ad Cæcil. &, Quando hoc myſterium tradidit, vinum tradidit. Et Tertullianus lib. De anima, cap. De quinque ſenſibus, ſub finem, ſi locus quidem legatur attentius, dicit Chriſtum vini ſaporem ſenſiſſe, quod in ſanguinis ſui memoriam conſecravit. Ex genimine autem ait vitis: quæ certè vinum producit, Chryſoſtom. Hom. 81. in Matth. Quò maximè facit pronomen demonſtrativum, ἐκ τούτου (ex hoc). Talem loquutionem habes, 1. Cor. 11. 26. *Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, &*

pocu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

poculum hoc biberitis, &c. Nam neque illum ipſum panem, nec illud ipſum poculum præcidit Paulus, de quibus dixerat Dominum dixiſſe, Hoc eſt corpus meum, Hoc poculum novum teſtamentum eſt in meo ſanguine: ſed ſacramentalia intelligit illis ſacramentalibus ſimilia, Iſtiuſmodi, Ejus generis. Quamobrem verſ. ſeq. quum dixiſſet, Panem hunc, ſubdit pro, Et poculum hoc, Poculum Domini, abſque demonſtrativo pronomine. Æneid. II.

Hi noſtri reditus expectatique triumphi.

id eſt, Tales, inquit Servius. Ioel. I. 2. *An factum eſt hoc*, (זאת Hieronymus, Iſtud) Græci verterunt, εἰ ἐγένοντο τοιαῦτα, (Talia). Hebr. 9. 11. Non hujus ſtructuræ, id eſt, Non talis ſtructuræ qualis fuit ipſum tabernaculum. Et cap. 12. 8. *Cuius* (caſtigationis) *participes ſunt omnes.* Nō certè unius illius ad quam videtur referri pro vocabulum, Cujus: ſed Cujus, eſt, Qualis, Cujuſmodi, Cujus generis. id eſt Quum caſtigationis participes ſint omnes, filii ſupple. Tropus enim iſte omnibus linguis eſt ſatis familiaris, ut pronominibus demonſtrativis non ſolùm res præſentes & oculis ſubjectas demonſtremus, ſed & aliquando res eis ſimiles. Cæterùm reſurrectione ſeu regni patris mentione con-

firmat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

firmat ſuos & conſolatur, mœſtos propter ſermonem de paſſione & morte ejus.

Et hymno dicto.] καὶ ὑμνήσαντες. Et quum hymnum dixiſſent. Vt intelligantur & Apoſtoli hymnum cum Chriſto ceciniſſe. Sic in talibus participio & caſu vetus interpres pro λύσας τὰς ὠδῖνας, non ſatis clarè reddidit, *Solutis doloribus*, Pro, Quum ſolviſſet dolores, Act. 2. 24. Nam per hunc ablativum neſcias uter ſolverit, Chriſtus ne an Deus, quum altera eaque germana interpretatione ſolverit Deus qui Chriſtum excitavit. In quo ablativo hallucinatus fuit etiam ipſe Auguſtinus, Tom. 2. epiſt. 57. ad Dardan. & 99. ad Evod. & Tom. 3. de geneſ. ad liter. lib. 12. cap. 33. aſſerens Chriſtum ſolviſſe dolores inferni: quum, ut dictum eſt, participium λύσας dici non poſſit de Chriſto, ſed de Deo. Hymnus, Laus propriè Dei eſt cum cantu, Carmen in Dei honorem. Huc uſque autem de Cœna Matthæus verſ. 26. ad 30. Cui ex Marco, Luca & Paulo quæ rei inſerviebant, & quædam Patrum aliquot veterum teſtimonia quæ noſtram confirmarent interpretationem adjecimus: quibuſcum opuſculum conſentit Bertrami Presbyteri Carolo Calvo Imperatori dicatum anno Domini plus minus 870. Lege, & diligentiſſimè conſidera.

PETRI PICHERELLI

DISSERTATIO DE Miſſa & annexis.

CAPVT I.

De Miſſa, & quid ſignificet Miſſæ vocabulum.

QVI dicunt vocabulum Miſſæ, quam hodie celebrant noſtri Presbyteri [a], Hebraicum eſſe מִסָּה *miſſah*, & Sacrificium ſeu oblationem ſignificare, falluntur. Primum enim nuſquam legitur, vox hæc מִסָּה *miſſah* ita ſcripta. deinde quod Hieronymus, Deut. 16. 10. ex Hebræo vertit מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ אֲשֶׁר תִּתֵּן, *Miſſat Nidbat Iadeka Aſcher Titten*, oblationem ſpontaneam manus tuæ quam offeres, non eſſe ita accipiendum ut has duas voces מִסַּת נִדְבַת converterit in has duas, oblationem ſpontaneam. Priorem enim מִסַּת *Miſſath* non reddidit: alteram נִדְבַת unicam, per has duas interpretatus eſt, oblationem ſpontaneam, idque non tantum hoc

a *Miſſæ vocem Hebraam non eſſe.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

hoc fecit loco: Nam Num. 29. 55. vertit pluralem נְדָבוֹת *Nedaboth* ſpontaneas ob-lrtiones, Amos 4. 5. voluntarias oblationes: Levit. 22. 18. Sponte offerens: & cap. 23. 38. quæ ſponte tribuitis, quin & ipſum ſingularem נְדָבָה *Nedabah* Eſdræ 1. 4. Quod voluntariè offerunt: Exod. 35. 29. per pluralem *voluntaria*. Quo manifeſtum eſt vocabulum מִסַּת hoc loco non fuiſſe redditum ab Hieronymo, & Miſſam non poſſe ex hoc loco ſignificare, ne ſacrificium quidem ſive oblationem; tantum abeſt ut Sacrificium voluntarium, ſive voluntariam oblationem notet: porro autem unus non eſt hic locus ubi vocem aliquam Hebraicam non verſam prætermiſit Hieronymus. Sunt enim ab eo quædam omiſſa Geneſ. 25. 7. Levit. 5. 7. 11. Deut. 4. 12. Iud. 4. 4. 1. Sam. 17. 13. 2. Reg. 18. 17. Certè Geneſ. 44. 7. aut mendum eſt in exemplaribus Latinis, aut non reddidit חָלִילָה *chalilach*, (abſit) Satis autem eſſe duxit, ſi vel ſenſum, redderet, vel quædam præceſſiſſent aut ſequerentur, quæ idem declararent. מִסַּת enim hic præteritum ſupplevit his quæ ſequuntur *Iuxta benedictionem Domini Dei tui*: quaſi dixiſſet, ſi nihil non reddidiſſet, & celebrabis diem feſtum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus

tuæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tuæ, quam offeres (ſecundum) ſufficientiam (tuam, id eſſe) juxta benedictionem Domini tui, id eſt ut proprie in Hebræo habetur, prout benedixerit tibi Dominus Deus tuus. Subaudio autem hic præpoſitionem *ſecundum* ſive *iuxta:* quam ſubaudit etiam Chaldaica verſio cap. præced. v. 8. ante ſuam מִסַּת *Miſſath*, quæ non exprimitur in Hebræo ante דַּי ſufficientiam ſignificans. quod autem ad ipſum nomen מִסַּת attinet, Hebraicum mihi non eſt, ſed Chaldaicum, licet hoc cap. 17. Deuteronomii Hebraici locum habeat, aut certe ex eorum numero quæ Chaldæis & Hebræis communia apud utroſque ſimilem retinent ſignificationem: cujuſmodi eſt בַּר *bar* filius. in Chaldaicis verſionibus frequenter occurrit מִיסַּת *Myſſath*. quod eſt מִסַּת in hebræo. quid autem ſignificet, ex dictione palam eſt pro qua reddiderunt Chaldæi interpretes מיסת *myſſath*. Ea autẽ eſt דַּי *Dai* quæ locum habet ubi quid ſatis eſſe ſeu ſufficere, permultum eſſe, dicitur: & ſufficientiam, ut ita loquar, ſignificat, & multitudinem ſive abundantiam. hoc videre eſt Deut. 15. 8. Levit. 5. 7. & cap. 12. 8. multiſque aliis locis: nam quod 2. Samuel. ult. 16. Chaldæi reddiderunt מִיסַּת pro eo quod in Hebræo eſt רַב *rab* (multum eſſe) eodem recidit ſenſus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſus, id eſt, ſufficit, abundè eſt: quod ipſi Chaldæi in ſimili ſententia Geneſ. 33. 9. pro ipſo רַב *rab* verterunt סַגִּי *Saggi* eadem ſignificatione: ut & hinc videatur, quid מִיסַּת apud eos valeat. Iam habemus ſignificationem nominis מִסַּת eo Deuteron. loco ut ſecundum Hebraicam veritatem totus locus ita habeat, & celebrabis ſolemnitatem hebdomadum Domino Deo tuo. (Iuxta) ſufficientiam [tuam, erit] Spontanea oblatio manus tuæ: quam dabis prout benedixerit tibi Dominus Deus tuus. Iuxta ſufficientiam tuam, id eſt pro tuis facultatibus, pro ratione tuarum opum. Id quod manifeſtum eſt ex verſ. 17. ſcio equidem bene Doctores vertiſſe, vertique poſſe [Iuxta] ſufficientiam ſpontaneam oblationis manus tuæ erit [illud] quod dabis ut poſt מִסַּת non ſubaudiatur pronomen ſecundæ perſonæ, ſed ſit in ſtatu regiminis, ut loquuntur, id eſt ſubſtantivum ſit habens à tergo genitivúm alterius ſubſtantivi ſequentis. Sed quamvis meliorem altera verſio ſenſum & clariorem efficit, eam magis amplector. Nec enim me hic movet litera finalis, ת quæ fœminini regiminis eſt ſignum, facta ex ה nominis inuſitati מִסָּה quod tamen ita fingi poſſet in ſtatu abſoluto.

Nam

Nam hæc vox מִיסָה *Miſſah* apud Chaldæos aliquando etiam eſt in ſtatu abſoluto, id eſt, ubi prius ſubſtantivum non ſequitur alterum caſus patrii, ut loco 2. Sam. 5. citato מִסַּת בְּעַן *Myſſath bean* multum [eſt] me. Sufficit me & 2. Sam. 7. 18. לֵית אֲנָא כְּמִיסַּת *Leth ana ce-Myſſath.* non ego [ſum] ſecundum ſufficientiam, id eſt non ſum ſufficiens & idoneus, pro eo quod in Hebræo eſt מִיאָנֹכִי *Mianochi*, quis ego [ſum]? In mea verſione ſtat etiam accentus, *tebir*, in dictione מִסַּת eo Deut. loco, qui vocis ejus ſenſum ſeparet à proxima faciatque ne cum hac conjungatur. quanquam, ut fatear ingenue; accentus omnino obſtare non poteſt quo minus ſit in ſtatu regiminis. Poteſt enim regimen prius ab altero ſequente diſtinguere & ſeparare, ſed ut ut res habeat, ſive ſtatus ſit regiminis ſive abſolutus, profecto, luce meridiana clarius eſt ex ſuperioribus מִסָּה ſive מִסַּת non poſſe ſacrificium ſive oblationem ſignificare.

Quando autem vox Miſſa, Græca non eſt, ut nec Hebraica [a], Latinam eſſe dicemus (quemadmodum etiam ſcripſit Polydorus

a Miſſam, *eſſe Latinam vocem, & quid ſignificaverit olim.*

lydorus de invent. rerum l. 3. c. 11. & miſſionem ſignificare ſive dimiſſionē, quemadmodum tempore Cypriani, remiſſa dicebatur pro remiſſione, & poſtea Collecta pro Collectione, id eſt cœtu collecto, ſive cōgregatione, ut Auguſtinus loquitur. ita & nunc quoque offenſa pro offenſione, & repulſa pro repulſione, ut noſtrum, *Ite miſſa eſt*, ſit quod in fine Ethnicorū ſacrorum dicebatur græce λαοῖς ἄφισις, id eſt populis miſſio. In rationali divinorum officiorum à Guilielmo Durando inſcripto, Miſſa dicitur etiam ſignificare miſſionē. Cæterum quod apud Veteres Patres *Miſſæ* etiam leguntur plurali numero, hoc ideo evenit, quod Catechumeni, competentes, & audientes, ſive *Auditores*, admittebantur quidem ad audiendum Euangelium, vel aliam ſacram lectionem & ſermonem, non item ad Sacramentū corporis & ſanguinis. Eos enim paulo antequam inchoaretur Sacramentum, exigebat Diaconus ne intereſſent, his verbis [a], *Catechumeni exeunto*, vel ut refert Iſidorus Etymol. cap. de offic. ſiquis Catechumenus remanſit, exeat; cum Catechumenis excludebantur Energumeni & pœnitentes, ut ſcribit Dionyſius: & de pœnitentibus Chryſoſt. ſerm, 3. in epiſt. ad Epheſi.

a *Miſſa Catechumenorum*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Epheſi. tom. 4. & Auguſtinus Homil. 41. Tomo. 10. Ex eo legitur apud eundem Auguſtinum ſerm. 237. *Ecce poſt ſermonem fit miſſa Catechumenis:* manebunt fideles, fit miſſio. Ideo emittuntur Catechumeni, κατηχουμένοις ἄφεσις, quo loco fieri non poteſt ut miſſa ſacrificium ſeu oblationem notet. Idem intelligo, quum toties apud veteres mentio fit Miſſæ Catechumenorum, caſu gignendi [ab hac antiqua conſuetudine manavit, quod hodie Curatus quẽ appellant, in fine ſui, in Miſſa quam Dominico die celebrant, pręconii, Gallice denunciat, *s'il y a, aucun ou aucune, qui ſoit en ſentence d'excommuniement; ie luy fai commandement qu'il ſorte iuſques a ce que le ſervice divin ſoit faict & accompli* Incepto deinde ſacramento, ad finem uſque manebant fideles, quo peracto, dicebatur quoque quod & hodie dicitur, *Ite, miſſa eſt, alles-vous, en, vous aves congé.* Ita duæ miſſæ fiebant in conventibus ſolemnibus, altera Catechumenis, altera fidelibus. Iuxta quem intellectum accipio locum Auguſtini ſerm. 91. de tempore. *In lectione quæ nobis ad miſſas legenda eſt*, fratres. Quia autem fideles una cum Catechumenis audiebant ſacras lectiones, ita duabus miſſis intereſſe poterant, Catechumenorum & ſuæ, poſtea ab illa Catechumenorum miſſa, id

eſt,

eſt, dimiſſione, quæ ſigno aliquo, ut nolarum ſonitu, vel alio notabatur, quo ad eam fideles accederent, id eſt ad ipſum, illud adeſſent quo Catechumenis fiebat miſſa ſive dimiſſio, & Cœnæ actio fidelibus inchoabatur, ut & hodie ſub ſacramentalem præfationem tinnitu nolarum ad ſacrum invocantur abſentes, Gallice *on ſonne Dieu levé*[a]. Mos obtinuiſſe videtur, ut totum ipſum ſacrum, ſive univerſa ſacra illa actio, συνεκδοχικῶς appellata ſit *Miſſa*. Deniq; non eſt omittendum, quum apud veteres legimus, facere miſſas, celebrare miſſas, & celebrare miſſarum ſolemnia, non ſemper de illa ſacra communione, loca eſſe intelligenda, ſed aliquando de cœtu & congregatione in Eccleſia: nam quod apud Sozomenum græcum eſt Ἐκκλησιασάντες τοῦ λαοῦ Epiphanius, vetus interpres lib. 9. Hiſt. trip. cap. 9. vertit *cum populum congregarant ad Miſſas*: quemadmodum lib. 3. cap. 11. verterat ἐκκλησιάζειν, Miſſam celebrare (novus interpres Eccleſiam colligere) vetus lib. 7. cap. 31. *miſſarum ſolemnia celebrare*, quod eſt etiam ἐκκλησιάζειν apud Socratem, novus, *Conventum facere*. συνάγειν autem vertit, *Miſſas facere* lib. 4. cap. 13. novus, celebrare con-

a *Sacramentum cur Miſſa nomine appellatum.*

conventus) ut & συνάγεσθαι lib.6. cap. 23. (novus *convenire*) quod tamen poſt, eodem cap. vertit *Collectam celebrare*, novus, congregari, atque ita συνάξιν ἐπιτελεῖσθαι lib.7.cap.32. (novus, conventum fieri.

Capvt II.

De Miſſa Sacrificio.

HActenus de Miſſæ nomine, jam de Miſſæ Sacrificio [a], Cœnam ſive *miſſam*, quum ſane licet mutato nomine, eadem tamen cum Cœna ſit, ſacrificium eſſe ejus generis, quod in vetere teſtamento appellatum fuit, *ſacrificium pro peccato*, ſive quod fiebat & adhibebatur pro remiſſione & abolitione peccatorum à Deo obtinenda, non exiſtimo. Sacrificia enim illa antiquata fuiſſe, & abrogata adventu & morte exhibiti Chriſti, teſtantur Epiſtolæ ad Colloſſ.& ad Hebræos; nempe quod umbræ & typi illius unici Chriſti Sacrificii jam in cruce ſemel peracti tum eſſent, & ad quod, ut ad ſcopum, illorum præcipuus eſſet reſpectus, quo uno tum etiam purgabantur in ſpe credentes, id eſt eorũ peccata remittebantur. alioqui ſatis eſt argumentorum ab aliis rebus ductorum Hebr.

a *Sacrificium proprie dictum in Euchariſtia nõ offerri.*

Hebr. 9. & 10.[a] eſſe autem Cœnam ſpeciem aliorum ſacrificiorum, ſeu potius eorum ſimilitudinem ejuſmodi, eſſe ſacrificium laudis, ſive gratiarum actionis, libenter agnoſco, quemadmodum & Iuſtinus Martyr tribus locis adverſum Tryphonem, in quorum poſtremo dicit, preces & Euchariſtias (id eſt gratiarum actiones, Euchariſtia enim hoc loco de Sacramento Cœnæ mihi non videtur dici) perfectas, ſolas, & Deo gratas hoſtias. & ipſum Sacramentum illinc Euchariſtiæ nomen accepiſſe, teſtis eſt Chryſoſtom. Homil. 16. in 18. Matth. ubi dicit *reverenda & ſalutaria illa myſteria, eſſe beneficiorum recordationem plurimorum, caputque. Ipſum dominum erga nos charitatem oſtendere, noſque facere debitas Deo gratias ſemper* exolvere. Quibus ſimilia multa leguntur apud Iuſtinum & Irenæum de Euchariſtia loquentes, adeo ut ſi quæ paulo ſupra præcedunt apud Chryſoſtomum, contuleris cum Irenæo lib. 4. cap. 34. Vtrobique, eadem quædam ſis viſurus. Teſtis etiam Auguſtinus de fide ad Petrum Diaconum, qui in hoc ait ſacrificio eſſe gratiarum actionem. Porro *Euchariſtiæ* leguntur numero multitudinis apud Tertul. lib. de præ-

---

[a] *Quale Sacrificium ſit Cœna Domini.*

præſcript. adverſ. hæreticos. Non noſtræ quidem Chriſtianorum, ſed quæ Ophitæ hæretici, benedici curabant [a]. Non me latet autem de cœna Dominica loquentes veteres, plerumque mentionem facere *oblationis* ſeu *Sacrificii* & *Altaris:* ſed hoc ſenſu ut ſacrificium ſignificet ſacrificii illius in Cruce peracti memoriam, ſive ut ſacrificii loco habeatur & commemoratio illius ſacrificii tam Deo ſit accepta, atque fuit olim ſacrificium. Imo vero dicitur *Sacramentum memoriæ*, ab Auguſtino contra Fauſtum lib. 20. cap. 21. & cap. 18. & alibi, *Iam*, inquit, *Chriſtiani peracti ſacrificii memoriam celebrant ſacroſancta oblatione, & participatione corporis & ſanguinis Chriſti*, & rurſum lib. de fide ad Petrum Diaconum cap. 18. *In iſto ſacrificio* [panis & vini] *gratiarum actio atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit: & ſanguinis quem pro nobis idem Deus effudit:* & alibi lib. 83. quæſtionum cap. 61. *Seipſum obtulit holocauſtum pro peccatis noſtris, & eius ſacrificii ſimilitudinem celebrandam in ſuæ paſſionis memoriam commendavit:* quin & Ambroſius in 11. cap. 1. Cor. dicit *Myſterium Euchariſtiæ noſtræ, redemptionis eſſe memoriam,*

a *Sacrificii altaris nomine quid Veteres intellexerint.*

ut redemptoris memores, maiora ab eo conſequi mereamur. Quia enim, inquit, *morte Domini liberati ſumus; huius rei memores in edendo & potando carnem & ſanguinem, quæ pro nobis oblata ſunt, ſignificamus.* Iuſtinus Martyr adverſus Tryphonem, Ieſum Chriſtum docet tradidiſſe ut Panis Euchariſtiæ conficiatur in[a] commemorationem paſſionis quam paſſus eſt, pro iis hominibus quorum purgatur animus ab omni malitia, Chryſoſtomus in 10. ad Hebræos Homil. 17. quum dixiſſet, *Nos aliud Sacrificium non facimus [quotidie] ſed ſemper idem*; quia in hoc videri poſſet ſibi non conſtare, ſubdidit per correctionem quale ſacrificium intelligeret, *imo*, inquit, *huius Sacrificii memoriam facimus:* quaſi diceret quum dixi ſacrificium, ſacrificii memoriam intellexi, ſacrificium pro ſacrificii memoria accepi, improprie. Similia etiam dicit Homil. 17. in idem cap. 20. *Quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus? & ſi quotidie offerimus ad recordationem eius mortis fit.* &, *Vna eſt hac hoſtia, non multæ. quomodo una eſt & non multæ? quia ſemel oblata eſt in Sancta Sanctorum. hoc autem Sacrificium exemplar eſt illius. Idipſum ſemper offerimus nec nunc quidem alium agnum,*

---

a *Commemoratio Sacrificii, dicta Sacrificium.*

agnum, craſtina alium, ſed ſemper eundem ipſum, proinde unum eſt hoc ſacrificium. hac ratione hæc etiam citavit P. Lombardus, lib.4.diſt.12.4.nullam aliam rationem afferens[a], *cur quod gerit Sacerdos*(ut ejus verbis utar) dicatur ſacrificium vel immolatio, ſimilia etiam Ambroſius in idem c.10. qna de cauſa in Niceni Concilii Canone dicitur, ὁ ἀμνὸς ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενος *agnus qui ſuper ſacram menſam abſque immolatione à Sacerdotibus immolatur.* ſive, abſque ſacrificio ſacrificatur. Id eſt quod proprie & re ipſa non immolatur, ſed tantum immolatur improprie, nimirum ſecundum quendam modum, per imaginem & ſimilitudinem, recordationem & commemorationem illius veræ immolationis, illius veri Sacrificii. Improprie, inquam, quatenus videtur hæc immolatio, illius tantum eſt commemoratio. Sic cum Chryſoſtomus Homil. 3. in 1. ad Epheſi. dicit, Chriſtum & Agnum immolari, hoc eſſe videtur quod Auguſtinus de Cataclyſmo dicit, *Sacrificium imaginis agni offerri:* cujus amplam ad Bonifacium rationem reddit, *Cur cum ſolus Chriſtus in ſe ſit immolatus, tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemni-*

a *Chriſtus quomodo in Cœna immoletur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

lemnitates, ſed omni die populis immoletur: & cur utique non mentiatur qui interrogatus eum reſponderit immolari: nempe propter ſimilitudinem. Non diſſimilia dicit in Pſalm. 20.[a] Quod ad Altaris mentionem attinet, quæ ſacrificio ut ſupra dictum eſt, frequenter adjungitur apud Patres, id fit ut in Sacrificandi modo & ratione perſeveretur, menſam enim notat altare, quæ ad ſupponendum & offerendum tale ſacrificium, ſit velut altare, locoque altaris. vide Auguſt. ſermone 46. de verbis Domini in Euangelium Ioannis. Sic quod apud eundem tract. 26. in Ioannem, *Accedere ad altare,* alibi dicitur, tract. 84. *accedere ad menſam:* quemadmodum idem Auguſt. tract. 26. dixerat, *ſumere de menſa Dominica,* quod de Civit. Dei lib. 21. cap. 25. eſt *ſumere de altari,* & multis locis dicit, *accedere ad menſam dominicam,* qnod Emiſſenus, ſerm. de corpore & ſanguine Domini, *aſcendere reverendum altare.* Imo quod Ezechieli 41. 22. eſt menſa coram Domino, eodem verſu fuerat altare [b]. Hinc certe factum eſt, ut Sacramentum Cœnæ vulgo Sacramentum altaris appelletur, quo etiam eodem nomine, donatur ab Auguſtino lib. 10. de Civit. Dei cap. 6. ut

Sacra-

a *Altaris mentio apud Patres unde introducta?*

b *Altaris Sacramentum, cur dicta Veteribus S. Cœna.*

Sacramenti ſecundæ menſæ, de peccat. merit. & remiſſ. lib. 1. cap. 20. neque vero mirum eſſe debet quod *ſacrificium* hic ſignificet *ſacrificii ſimilitudinem* ſeu imitationem, quum ipſe Auguſtinus in quæſt. mix. quæſt. 109. Euchariſtiæ figuram, ſeu typum, appellet Euchariſtiam (quod clarius eſt) ex verbo [præfiguraretur] paulo poſt ſequente.) atque ad eundem modum ſacrificium, *ſacrificii figuram* lib. 16. de Civit. Dei cap. 22. & Chriſtianorum *ſymbolum ac ſignum Ieſu mortui*, id eſt Sacrificii Chriſti, in Cruce mortui, Legimus quidem apud veteres Patres, offerri Deo à Sacerdote Sacrificium Chriſti. Paſſionem Chriſti, myſtica ſymbola, panem, vinum panem & vinum, Corpus Chriſti, ſanguinem Chriſti. ſed quod ad oblationem ſacrificii Chriſti attinet, & paſſionem Chriſti, ſacrificium hoc intelligo memoriam ſeu ſimilitudinem ſacrificii Chriſti, ut ante dictum eſt. atque ita legimus Calicem offerri in commemorationem Domini, & paſſionis ejus apud Cyprianum Epiſtola ad Cecilium. Quamobrem etiam ibidem appellatur *Sacramentum Dominicæ paſſionis & redemptionis*: præterea, quod in hoc ſacrificio ut ait Auguſtinus, de fide ad Petrum Diaconum cap. 18. *Panis & vini ſacrificium* appellatur, *gratiarum actio*,

atque commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit, & ſanguinis, quem pro nobis idem effudit. Myſtica autem ſymbola panem & vinum intelligo conſecrata. Idem etiam per panem & vinum. Per *corpus & ſanguinem Chriſti* autem, corpus Chriſti necatum & mortuum in cruce, & ſanguinem ejus effuſum, (id eſt ſimilitudinem illius Corporis & Sanguinis, illius ſacrificii corporis mortui & ſanguinis effuſi. Quemadmodum paulo ante dictum eſt, hoc ſacrificium eſſe Chryſoſtomo *ſymbolum ac ſignum Ieſu mortui*) aut myſtica illa ſymbola quæ ante explicavimus [a], quæ dicuntur etiam ſuo modo Corpus & Sanguis Chriſti, ut in dicto *hoc*, id eſt, panis conſecratus, *eſt corpus meum. hic calix*, id eſt vinum conſecratum, (hoc poculo contentum, vel quicquid habet hic calix, ut loquitur Auguſtinus ſerm. ad infantes) *eſt ſanguis meus* [b]. Ita Carthaginenſe Concilium Can. 37. oblationem corporis & Sanguinis interpretatur *In Sacris,* (vel Sanctis ἐν τοῖς ἁγίοις) *nihil amplius quam corpus & Sanguis Domini offeratur, quemadmodum etiam ipſe Dominus tradidit, id eſt panis & vinum aqua mixtum.* quia autem latina verſio aut corrupta eſt, aut ſenſum non reddit,

a *Symbola Sacra, ſuo modo corpus Chriſti &c.* b *Explicatio Canonis Concilii Carthaginenſis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

reddit, adfero græca ἵνα ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου προσενεχθείη, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος παρέδοκεν τοῦτ' ἔστι ἄρτου καὶ οἴνου ὕδατι μεμιγμένου. pro quibus ſic latine legitur, *In Sacramentis Corporis & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipſe Dominus tradidit, panis & vinum aqua mixtum.* Gratianus non minus etiam corrupte citat hunc locum diſt. 2. Can. *In Sacramento.* Vbi paulo poſt tum in gloſſa tum in contextu perperam legitur. *In Sacrificiis* pro *in Primitiis.* Vtraque autem oblatio, & ſimilitudinis ſacrificii Chriſti & myſticorum ſymbolorum, ad gratiarum actiones pertinet, preces & laudes: imo vero in ſignificationem ſimilitudinis Sacrificii Chriſti, recidit myſticorum ſymbolorum oblatio. Nam juſſu Chriſti Cœna Dominica myſtico ſymbolo panis fracto, & vini fuſo, in Commemorationem mortis Chriſti, quæ fuit Sacrificium, celebratur[a]. Ergo hujuſmodi oblationes, ſeu victimæ, ſeu Sacrificia, ſeu hoſtiæ, proprie oblationes, dici non debent, nec ejus generis à Deo in V. Teſtamento requiſitæ fuerunt & præceptæ. (neque enim res ſunt materiales quales erant illæ, qualeſque nullæ præcipiuntur

a *Sacrificia proprie dicta, antiquata.*

in Nono. Quamobrem[a] Euſebius Cæſarienſis lib. 7. Eccleſ. Hiſt. cap. 4. tales ἀΰλες θυσίας appellat, expertes materiæ victimas) ſed improprie tantum, & per quandam accommodationem & metaphoram inſigniuntur eo nomine: quaſi ſint quædam oblationes & ſacrificia Deo oblata, quæ haud ſecus ei placeant, ac illa ſuaveolentia & odorem bonum ſpirantia, & quemadmodum illa erant carnalia, ſic iſta ſint ſpiritualia. Vt illa bruta, ſic iſta λογικὰ, quale eſt cum Tertul. ad Scapulam ſe *ſacrificare* Deo dicit *pro ſalute Imperatoris*, & quomodo præcepit Deus *prece pura*: & ei *offerre opimam & maiorem hoſtiam, quam ipſe mandavit*; & in Apologia, *orationem de carne pudica, de anima innocenti, de ſpiritu ſancto profectam*: quale eſt Pſal. 107. 22. ſacrificium laudis. quod verſu 31. eſt *exaltatio in cœtu populi.* quale quo nos ipſos offerimus Rom. 12. 15. quos univerſos etiam in Cœna offerri, id eſt Corpus Chriſti myſticum, id eſt Eccleſiam, multis locis ait Auguſtinus. quale quo gentes offert Paulus Rom 15. 16. Vbi etiam dicitur ἱερεργεῖν τὸ ἐυαγγέλιον, tanquam Sacerdos, qualis eſt *victima fidei* Philippenſium, Philip. 21. 17. qualis *libatio mortis*

a *Sacrificia Spiritualia & materiæ expertia.*

mortis Pauli Ibid. & 2. Tim. 4. 6. quales ſunt *ſpirituales hoſtiæ* 1. Pet. 2. 15. ubi eſt & *templum ſpirituale* [a]. Retinet autem hæc vocabula Novum teſtamentum, ut ad Prophetas ſe conformet quibus eſt uſitatiſſimum, ut quod ſpiritualiter in Eccleſia Chriſti poſt hujus in terras deſcenſum erat faciendum, illi ad ſuum ſe ſeculum accommodantes, per carnales & craſſos ritus & Levitici templi & Sacerdotii Sacrificia, ſimilitudineſque ab illis ſumptas, atque adeo ſimiles loquendi modos, imo & ipſam eandem vocem, exprimant [b]. Id quod proprie tamen ita appellari non poteſt, ſed improprie, & proinde ac ſi adverbium *velut*, vel aliud hujuſmodi præponeretur. Tale eſt *altare* & *incenſum* Apocalyp. 8. 3. apud Irenæum lib. 4. cap. 14. apud Auguſt. contra adverſarium legis lib. 1. cap. 20. & in latino Miſſæ Canone. Ita Sacerdotes & miniſtros Novi Teſtamenti nominat *Levitas* Cyprianus, Epiſtola ad Presbyt. Diacon. & plebem [c]. Hoc etiam amplius mihi videtur ita factum ut auditis ſacrificiorum, cæremoniarum, & rituum vocabulis, ſemper illa meminiſſemus fuiſſe typos & umbras eorum quæ

a *Cur in Novo Teſtam. retineantur vocabula veteris cultus.* b *Quomodo intelligenda.* c *Alia ratio cur Apoſtoli retinuerint vocabula veteris Teſtamenti.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

in Novo Teſtamento peragenda erant. Eſt alia ſpecies, hujuſmodi ſacrificii, Eleemoſyna, & Beneficentia, aliaque Charitatis officia. *Eleemoſynas itaque quia olim in Cœna ſinguli fideles ſuper altare ſive menſa reponebant, miniſtris & Pauperibus, per Diaconos diſtribuendas, illos tanquam eiuſdem ſecum corporis membra profitentes:* (ad quod nos invitat Cœnæ Sacramentum, quod etiam ipſum una eſt ex ipſius Sacramenti ſignificationibus & ex quibus oblationibus quædam deſumptæ in Euchariſtiam conſecrabantur, vel ex *ſecreta*, quam appellant, Dominicæ tertiæ poſt trinitatem, *munera quæſumus domine* oblata *ſanctifica, ut tui nobis unigeniti corpus & ſanguis fiant.* Et in ſecreta dominicæ 8. poſt trinitatem, dicitur, *Deus qui legalium differentias hoſtiarum unius Sacrificii perfectione ſanxiſti, accipe ſacrificium à devotis tibi famulis, & pari benedictione ſicut Abel ſanctifica, ut quod ſinguli obtulerunt ad maieſtatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad ſalutem*[a],) eas ſæpe Veteres appellarunt ſacrificium, de Cœna loquentes, hujus rei teſtes ſunt Iuſtinus Martyr apol. 2. qua panem ait offerri præfecto: cui & aliæ Eleemoſynæ darentur ad inopiam pauperum ſuble-

a *Oblationes fidelium, Sacrificia appellata.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſublevandam, ut paulo poſt apud eundem videre eſt. Auguſtinus contra Fauſtum lib. 20. cap. 20. refert in agapis Cœnæ, fruges & carnes miſericordia Chriſtianorum erogatas fuiſſe pauperibus [a]. Cyprianus ſermone de Eleemoſ. Eleemoſynam ſacrificium ſimpliciter appellat, agens de Cœna: ubi mulierem alloquitur. his verbis, *locuples & dives dominicum celebrare te credis, corbonam omnino non reſpicis, quæ in Dominicum ſine Sacrificio venis: quæ item de Sacrificio quod pauper obtulit, ſumis?* & alibi lib. 6. de Orat. Dom. vocat Eleemoſynas *ſacrificia Dei,* ex Paulo, addens eum qui minus det, *Deo donare ſpiritualiter*, Deo *ſuavitatis odorem ſacrificare.* Chryſoſtomus Homil. 46. in Matth. *Cogita quod Sacerdos Chriſti tu fias, quum propria manu ei offers non carnem, ſed panem: non ſanguinem ſed aquæ frigidæ calicem.* Videmus hic aperte de Eleemoſyna ſacrificium dici, ſacrificiique oblationem. Irenæus lib. 4. cap. 32. harum meminit Eleemoſynarum ad eas traducens oblationis vocabulum. cap. 34. diſerte dicit, *Eccleſiæ oblationem panum ſacrificium reputari*, quod ſi ad Eleemoſynas Irenæum non referamus, myſticorum certe ſymbolorum

a *Eleemoſyna Sacrificium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

bolorum intelligetur, de qua ſupra. Eccleſ. 35. *qui facit miſericordiam facit ſacrificium*, id eſt, tam gratum Deo facit quaſi qui offert ei ſacrificium. Super illas Eleemoſynas Altari impoſitas, Deum ſuo, populique nomine & eorum qui aliquam obtulerant, vel recitatis eorum nominibus, ſacerdos precabatur, ut gratas haberet, eas ſanctificans, & ſacrificii nomine appellans, ſed non alia ratione quam ante expoſuimus. Hoc videre eſt in multis Latinæ Miſſæ orationibus quæ ſecretæ vocantur, atque adeo in ipſo Canone tam Græco quam Latino: ubi quaſdam legimus ſententias ex prioribus deſumptas: qualis eſt iſta, *offerimus maieſtati tuæ de tuis donis ac datis*, & in Græco τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν, ex Irenæo, *offerimus ei quæ ſunt eius*, & rurſus hæc, *per quem hæc omnia nobis domine ſemper bona creas, ſanctificas, vivificas, benedicis, & præſtas nobis*, ex Cypriano, de Cœna Domini: ubi ex hoc Canonis loco illum *quodam modo* obiter quidam interpretantur, ſed tamen & docte & vere, corpus aptiſſime capitur pro ſigno corporis, ſive pro re ſacramenti terrena, ut loquitur Irenæus lib. 4. cap. 34. vel ut Origenes cap. 15. in Matth. pro eo, quod panis ſanctificatus habet materiale. Locus Cypriani ita habet, *quod Dominus uſque*

hodie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

hodie hoc veraciſſimum & ſanctiſſimum corpus ſuum creat & ſanctificat, & benedicit & pie ſumentibus dividit. Neſcit autem verbum, *vivificat.* quin in toto Canone ubi de oblatione agitur, intelligebantur olim fere hæ Eleemoſynæ; nunc autem omnino recte, & dextre non poteſt intelligi; propter quædam à variis addita, interpoſita, & intertexta, non ſatis ad rem facientia, ut nobis ſuaderent quoties ea celebratur actio, toties ipſum Chriſti corpus in remiſſionem peccatorum offerri [a]. Illius antiquæ conſuetudinis quædam adhuc in Parœciarum templis veſtigia ſuperſunt, quolibet enim dominico die poſt Euangelium lectum ſymbolumque cantatum, offertur ab una parœciæ domo pro tota parœcia panis benedicendus, offerentique, primus locus ceditur oblaturorum. poſt panem, aliquot parœci oblationem addunt alii alias, ut nummum, ovum, malum, panem, vinum aut aliquid hujuſmodi. Primus panis, videlicet panis εὐλογίας, id eſt, *benedictionis*, quo nomine appellabãtur Eleemoſynæ, benedicitur tamen pauculis verbis (non profecto quibus olim panis in Cœna) & dividitur diſtribuiturque omnibus præſentibus, nunc quidem

---

a *Panis benedicendi oblatio in ſingulis parœciis, veteris conſuetudinis veſtigium.*

quidem in quibuſdam parœciis, ſtatim poſt benedictionem; in aliis, poſt miſſæ finem. præſentes aliquando etiam ad ſuos abſentes deferunt. Sed reliquas Eleemoſynas ſeu oblatas, à Diacono ad altare receptas (ut & hinc priſcæ Diaconorum functionis nonnulla adhuc agnoſcantur veſtigia) uni capit ſibi curatus, quem appellant, pauperibus neglectis. Temporis quo illa offerunt ratione dicuntur gallice *offrandes*, à neutro plurali latino *offerenda*, quod eo tempore oblationes hujuſmodi faciendæ eſſent. Oblationes enim has hodiernas, malo ad antiquam conſuetudinem illam referre, quam ad alteram, etiam vetuſtam, de qua Auguſt. de peccat. meritis & remiſſ. cap. 26. lib. 2. *quod Catechumeni accipiunt, quamvis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen, & ſanctius quam cibi quibus alimur.* In ſumma, ſacrificium apud veteres de cœna loquentes, ſacrificii memoriam, & preces, laudes, & gratiarum actiones, & eleemoſynas, ſive beneficentiam notat, quæ ſint inſtar ſacrificii. Alioqui & laus, & gratiarum actio, *iuvencus* multis locis, ſive ſacrificium appellatur· ſicut dicuntur Hoſ. 14. 13. *Iuvenci labiorum*, ut Pſal. 51. Iuvenci ſive vituli labiorum, teſtibus etiam Hebræorum commentariis, laudes hic intelligun-tur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tur. quare appoſite ad hunc locum reſpiciens Epiſtola ad Hebræos cap. 13. 15. *per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, fructum labiorum*, &c. declaravit quid ſacrificii laudis nomine intellexiſſet, ne de legali dixiſſe crederetur: ubi etiam *beneficientia & communicatio*, dicuntur *hoſtiæ* ſive *victimæ quibus Deus delectetur*: ut etiam Philip. ult. 18. Ierem. 17. 26. quod in Hebræo eſt הוֹדָה *hodah*, confeſſio, Laus, Gratiarum actio, Hieronymus vertit *oblationem*, Græci ſatis commode αἴνεσιν. Porro autem omnia illa tam à plebe quam à Sacerdote, Deo dicuntur offerri (nam & ita Canon, *unde*, inquit, *& memores Domine nos tui ſervi, ſed & plebs tua ſancta* &c. *offerimus*. & Cyprianus lib. 6. de Orat. Domini, *quum*, inquit, *in unum cum fratribus convenimus & ſacrificia divina cum Sacerdote celebramus*) præcipue tamen à ſacerdote, quod ille omnium miniſter preces recitet, laudeſque & gratiarum actiones, quas pro plebe, & per eum ita plebs offerat, cui ob id etiam in clauſula accinit, Amen [a]. Cæterum quod hoc ſacrificium, ſacrificium ἄναιμον, & ἀναιμάκτον id eſt, incruentum, ſine ſanguine, non raro appellent Græci Patres, hoc ita accipio, quaſi dicant,

---

a *Sacrificium ſine ſanguine, cur dicatur.*

dicant, non proprie appellari ſacrificium, ſed improprie, vel correctionem hanc addunt qua vox duriuſcula emolliatur, ſi modo ſacrificium incruentum, dici debet ſacrificium, rationemque hanc ſubjiciunt: ſi enim proprie ſacrificium eſſet, cruentum eſſet. Itaque ſacrificium etiam expiatorium appellabitur propter ſimilitudinem tantum; nam re vera expiatorium ſi eſſet, incruentum non eſſet, neque enim abſque ſanguine fit remiſſio Heb. 9. 22. & de hac ſimilitudine ſatis multa ſupra diximus[a]. Sic eſt quidam baptiſmus ἄνυδρος, ſine aqua, nimirum improprie dictus: quo baptiſati ſunt, *quos anguſtia Paſſionis invenit, & nolentes negare Chriſtum antequam baptiſarentur occiſi ſunt*, ut inquit Auguſtinus epiſtola ad Seleuc. Sic Chriſtus Ioan. 4. 1. 2. Baptizat & non baptizat, non baptizat proprie, per ſe, batizat improprie, per ſuos diſcipulos. ſic apud Auguſtinum tract. in Ioan. 5. Baptizat ipſe & non ipſe. Doctrina Iohannis eſt nova, & non nova 1. Iohan. 2. 7. 8. Gentes in Samariam adductæ Dominum timebant, & non timebant. 2. Reg. 17. 33. 34. 41. Angelus Smyrnenſis eſt pauper & dives [id eſt, non pauper] Apocal. 2. 9.

Contra

a *Baptiſmus ſine aqua.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Contra Laodicenſis dives & pauper (id eſt, non dives) cap. 3. 17. Sardenſis vivit & mortuus eſt, [id eſt, non vivit] eod. cap. Euſebius Cæſarienſis lib. 7. Eccleſ. Hiſt. cap. 4. & de demonſtrat. Evang. lib. 1. cap. 6. dicit *ſuaveolens thymiama, & incruenta materiaque expertia ſacrificia* (*τὰς ἀναίμους ϗ ἀΰλους θυσίας*) *eſſe Preces, & alibi* lib. 4. de Vit. Conſt. *Deum placatum victimis ſive ſacrificiis, incruentis ac myſticis ſacrorum operationibus, oblationibus, videlicet precum ſupplicum.* Qui locus non recte latine eſt redditus: & lib. 1. ante addiderat particulam ſimilitudinis, appellans preces ad Deum *εὐχαριστηρίους εὐχὰς ὥσπερ τινὰς ἀπύρους καὶ ἀκάπνους θυσίας cum gratiarum actione, preces velut quædam abſque igne & abſque fumo ſacrificia.* qui locus etiam non ſatis clare eſt redditus. Athenagoras, in Apologia pro Chriſtianis, reſpondens ad accuſationem quod Chriſtiani non ſacrificarent, ſacrificium in Euchariſtia non obtendit, ſed Deum ſacrificium maximum decere aſſeverat, ſi enim mundi rerumq; omnium in eo conditarum opificem, conſervatorem, & Gubernatorem agnoſcamus, puraſque ad eum manus attollamus; nec eum alia indigere hecatombe: additque oblationem ſacrificii incruenti *ἀναιμάτου, ἀναιμάκτου*, cultuſque rationalis, eſſe

eſſe neceſſariam: ad ante dicta, & ad Epiſtolam ad Rom. reſpiciens, non ad Cœnam (de qua nullum illic verbum) quemadmodum autem apud Euſebium additur ſimilitudinis adverbium ὥσπερ, ita dicit Irenæus *Eccleſiæ oblationem reputari ſacrificium*, & Emiſſenus Chriſtum [Cœnam] inſtituiſſe dicit, ut oblationis ejus in cruce factæ, memoriam Deo pro ſacrificio offerremus, idque infinitis Patrum locis ſacrificium appellatur ſimpliciter. Cæterum, qui contra hanc ſacrificii acceptionem ſentiunt & diſputant, opponere vulgo ſolent locum [a] Malachiæ cap. 1. de incenſo & oblatione pura, & veterum interpretationes cum ſua opinione conſentientes; ut ipſe fatear ingenue, ſcio complures ita ſentire, ſed ex vetuſtioribus profero duos diſſentientes, locumque illum alia luce illuſtrantes, alterum Iuſtinum Martyrem, alterum Tertulianum, quorum ille adverſus Tryphonem interpretatur locum eſſe intelligendum de oblationibus de Sacrificiis puris, eadem prorſus cum iſto opinione qui lib. 3. contra Marcionem intelligit de gloriæ relatione, & benedictione, & hymnis. libro autem 4. contra Marc. ſub init. ad ſimplicem

plicem

a *Malachiæ locum de Sacrificio, quomodo intelligendus*

plicem refert orationem de conſcientia pura, & Hieronymus lib. contra Iudæos in eum locum aliam etiam interpretationem affert, ad orationem referens & cultum ſpiritualem, ut & Tertullianus. Imo ſi Irenæus lib. 4. cap. 32. propius conſideretur, hunc locum citans, alia etiam interpretatio invenietur: ut apud Euſebium lib. 1. cap. ult. de Demonſtr. Euang. & Auguſtinum contra adverſ. leg. & Prophet. cap, 20. Ego vero non ſolum ad orationem refero (quæ in Pſalmis, Pſal. 141. incenſum quidem non dicitur, ſed cum incenſo & oblatione comparatur, ut nec proprie odoramenta preces ſunt Sanctorum, Apocalyp. 5. 8. & 8. 3. 4. ſed ipſis odoramentis odoramentorumque fumo imbuuntur) ſed & ad ſanctam hominum piorum & fidelium vitam, ad legem Dei compoſitam & conformatam: qui Deo oblationem offerunt in juſtitia, ut loquitur idem Malachias cap. ſeq. quorum capitum alterum cum altero compoſitum, clara illuſtratur intelligentia. Ita dicuntur omnes Chriſtiani ſacerdotes ad offerendas ſpirituales hoſtias 1. Pet. 2. 5. Quas ita etiam appellat Cyrillus lib. 3. in Levit. locum Sanctorum in terris non requirens poſitum ſed in corde. & Origenes Homil. 9. in Levit. cap. 16. dicit unumquemque fide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

fidelium habere in ſe holocauſtum ſuum, & holocauſti ſui ipſum ſuccendere altare ut ſemper ardeat, & exempla affert, ut & Auguſtinus de Civit. Dei lib. 10. cap. 4. Thus hoc, & hæc oblatio ſpiritualiter intelligenda, juxta morem Prophetarum ſupra à nobis annotatum [a]. Solent & adverſarii locum Geneſis 14. 18. 19. de Melchiſedeco objicere, ut iſte Sacerdos fuerit typus Chriſti, ſecundum illius ordinem Sacerdotis. quemadmodum, inquiunt, Melchiſedecus Deo panem & vinum obtulit, ita Chriſtus in Cœna Deo panem & vinum obtulit. An vero propterea in Cœna noſtra ſacrificium erit, ſi Chriſtus in Cœna ſacrificaverit? at dixit, hoc facite, id eſt, *ſacrificate Deo quemadmodum ſacrificavi*: & veteres interpretes ita de Sacrificio locum intellexerunt. Reſpondeo. I. de prioribus, poſt de dicto Chriſti diſſerturus, ſcio multos legiſſe & intellexiſſe, Melchiſedecum Deo Panem & Vinum obtuliſſe? Vnde in Canone Miſſæ Latino, legitur *Sacrificium Abrahæ, & quod Deo obtulit ſumus Sacerdos dei Melchiſedec*; ſed panem & vinum oblata non Deo, ſed Abrahamo, habeo etiam ex patribus vetuſtiſ-

[a] *Explicatio loci Geneſeos de Melchiſedeco.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tuſtiſſimis. Paulus Heb. 7. 1. Melchiſedecum ait, Abrahamo à prælio revertenti occurriſſe & ei benedixiſſe: id eſt ſi locum conferas cum Geneſi, & ex duobus unum conficias, Melchiſedecum Abrahamo à prælio revertenti occurriſſe, eundemque illum Salemi regem, huic panem & vinum *obtuliſſe* (feratur pauliſper hoc verbum, ut videamus cui *obtuliſſe* poſſit dici Melchiſedecus. non legitur enim obtulit, ſed protulit, ut mox latius diſſeremus) & eum ipſum Dei altiſſimi Sacerdotem huic benedixiſſe. Obſecro quis jam in Geneſi poſſit eſſe dativus verbi *obtulit*, niſi ei relativum, ſubauditum quidem in Hebræo à Græcis autem expreſſum, paulo poſt alteri verbo, *Benedixit*, ſubjunctum? An, *Deo*, extrinſecus ſubauditum? quod ſi, *Deo*, relativum *ei*, poſt expreſſum, quem referet? Deum ne? Atqui vult Paulus referre Abraham, quem ſequuntur Cyprianus Epiſt. ad Cecil. & Auguſtinus lib. 16. de Civit. cap. 22. in quæſt. mixt. quæſtio. 109. & contra adverſ. leg. & prophet. cap. 20. [a] Quia autem in hunc locum Pauli incidimus, annotabimus obiter Apoſtolum, Chriſtum (ut Sacerdotii ſimilitudo oſten-

a *Chriſti & Melchiſedeci comparatio, apud Paulum.*

oſtendatur) cum Melchiſedeco componere, & quæ ad ſimilitudinem faciant diligenter perſequi, nec tamen oblationis panis & vini, nec ipſi quidem Abrahamo factæ, meminiſſe, ut videatur factum, quod in Geneſi legitur expreſſum, dedita opera prætermiſſum & tacitum, tanquam ſimilitudini nihil inſerviens. Veniamus ad veteres Doctores. Cyprianum, Epiſtola ad Cecil. adverſarii laudant, qui multa de hac ſimilitudine adducens, diſertis illud verbis nominet, quod Paulus omiſit, nempe quod Melchiſedecus Panem & vinum obtulerit, cujus ſententiam ſequi videtur Auguſtinus lib. 4. de doctrina Chriſtiana. Num igitur Deo panem obtulerit? nam verum illud eſſe non concedam facile, quum quicquid dicant Cyprianus & Auguſtinus, in Panis tamen oblatione dativum *Deo*, non exprimant, aliaque videatur loci Cypriani intelligentia quam quidam arbitrentur, & prima fronte præ ſe ferat. Sit hoc inquam nunc conceſſum, ſed rurſum Cyprianus ſerm. de Cœn. Domini audiatur, *ſignificata*, inquit, *olim à tempore Melchiſedeci prodeunt ſacramenta, & filiis Abrahæ facientibus opera eius, & ſummus ſacerdos Panem profert & vinum.* ſi quod ad Melchiſedecum attinet Sacramenta Panis & Vini revera, non autem in ſigni-

ſignificatione prolata, ſive oblata ſunt diſcipulis à Chriſto (nam paulo ante ſunt diſcipuli, qui filii Abrahæ) oportet ut figura ſive res ſignificans recte demonſtret rem ſignificatam, Melchiſedecum protuliſſe, ſive obtuliſſe Panem & Vinum non Deo ſed ipſi Abrahamo: quemadmodum Chriſtus juxta rem ſignificatam Abrahæ filiis obtulit, non Deo. qui locus infra etiam exponetur ab Auguſtino. Audiatur & Tertullianus adverſus Iudæos, qui Melchiſedecum Abrahamo de prælio revertenti dicit panem & vinum obtuliſſe, audiatur item Auguſtinus in quæſt. mixtis, quæſt. 109. *Melchiſedecus*, inquit, *Abrahæ primum quaſi patri fidelium tradidit Euchariſtiam Corporis & ſanguinis Domini*, id eſt, Euchariſtiæ figuram ſive imaginem, ex ſequentibus, epiſtolaque Cypriani citata, & ex lib. de doctrina Chriſtiana 4. cap. 20. Vbi quod eſt Sacramentum dominicum, *ſacrificii Dominici* in Epiſtola Cyprianica eſt, *Sacramentum*. quod ſi locum objiciant ejuſdem Auguſtini lib. 83. quæſt. 61. *Vt illud quod Melchiſedecus obtulit Deo, iam per totum terrarum orbem in Chriſti Eccleſia videamus offerri*: remittam eos etiam ad ipſum Auguſtinum: contra adverſarium legis, & Prophetarum cap. 20. de Civit. Dei lib. 16. cap. 22. lib. 17. cap. 17. & de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Et de fide ad Petrum Diaconum cap. 19. Vbi ſimiles ſententiæ leguntur. Nunc autem aut ex ipſis locis clarum fit illic verbo *obtulit* poſtponendum hypoſtigmen, non Dativo *Deo*, ut Dativus pertineat ad infinitivum *offerri*, non ad præteritum *obtulit*, legaturque ut illud quod Melchiſedec obtulit, Deo jam per totum orbem terrarum &c. aut Auguſtinum in ejuſdem facti narratione oſtendant à ſe ipſo non diſſentire. ut autem ſuperiora de Melchiſedeci oblatione, clarius elucefcant, utque patres ſi ſecus intellexerint & docuerint, quam parum firmo fundamento ſuperſtruxerint, apertiſſime monſtretur, ad ipſum Geneſeos contextum accedamus, locus ita habet וּמַלְכִּי־צֶדֶק מֶלֶךְ שָׁלֵם הוֹצִיא לֶחֶם וָיָיִן וְהוּא כֹהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן׃ וַיְבָרְכֵהוּ׃ *Et Melchiſedecus Rex Salemæ protulit panem & vinum, & erat Sacerdos Dei altiſſimi: & benedixit ei*, quod Græci verterunt, καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς σαλὴμ, ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον. ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου, καὶ εὐλόγησε τὸν Ἄβραμ καὶ εἶπεν &c. Antequam autem ad loci expoſitionem accingar, dico aut totam hujus de Melchiſedeco hiſtoriam per parentheſin legendam, ut quæ inter occurſum Regis Sodomæi Abrahamo factum, & illius cum

iſto

iſto ſermonem & colloquium locum habeat, aut utrumque Sodomæum & Melchiſedecum ſimul Abrahamo revertenti à prælio ſe obvios dediſſe, ſive prius communicato inter eos conſilio, ſive occurſu hujus illi antea incognito. cumque ſimul occurriſſent, tamen Melchiſedecum prius Abrahamo Panem & Vinum obtuliſſe & benedixiſſe: deinde Sodomæum, hominibus ſibi ſervatis, ſpolia etiam Abrahamo obtuliſſe. quaſi per parentheſin intelligatur, & ſimul non occurrerint, ſeorſim alterum poſt alterum tamen occurriſſe intelligo, etiam ſi Melchiſedeci occurſus taceatur; nam & filum narrationis eo deducit, & Paulus ipſe, ut ſupra dictum eſt, ad narrationem hoc addidit, quem & Auguſtinus lib. 16. de Civit. Dei cap. 22. ſequitur. ſit ergo noſtri loci hoc principium: *cumque* (etiam) *occurriſſet ipſi Abrahamo revertenti Melchiſedecus Rex Salemæ protulit panem & vinum: & erat Sacerdos Dei altiſſimi, & benedixiſſet ei.* hoc facto fundamento dico in hujus ſententiæ membro, poſteriorem phraſin eſſe variatam. Conſtans erat, & *Melchiſedecus Rex Salemæ protulit Panem & Vinum, & Sacèrdos Dei altiſſimi benedixit ei:* aut certe ſi prius ad poſterius conformes, *Melchiſedecus erat Rex Salemæ & protulit Panem &*

 Vinum,

Vinum, eratque Sacerdos Dei altiſſimi & benedixit ei, id eſt Melchiſedecus cum eſſet Rex, protulit panem & vinum, & idem cum eſſet Sacerdos Dei altiſſimi, benedixit ei: ſed tamen non temere phraſin Moſes mutavit, ſi enim tantum dixiſſet & Sacerdos benedixit, de alio quovis Sacerdote poſſet intelligi, quum ante vocem, *Sacerdos* ipſum Melchiſedeci proprium nomen non ſit expreſſum, ut ante *Rex.* Dico ergo, Melchiſedeco Moſes attribuit, quod ſit Rex & Sacerdos, quibus duo etiam aſſignat: illi quod Abrahamo panem & vinum protulerit, tanquam Rex dives, Munificus & Liberalis: iſti, quod Abrahamo benedixerit pro ſuo Sacerdotis munere, addens poſtea quod hac etiam ratione decimas huic dederit Abrahamus. quæ duo, ut umbras & figuras trahit etiam Apoſtolus in argumentum Sacerdotii Chriſti: Ad iſta duo, duobus propoſitis aſſignata, non reſpexit qui pro, *& erat Sacerdos* vertit *erat enim Sacerdos*, ut videlicet ratio reddatur quare panem & vinum obtulerit Melchiſedecus. propterea quod Sacerdotis erat oblatio. Nam ita tantum unum oblationi propoſitum redditur, & tacetur quid tanquam rex fecerit quareque benedixerit. quod poſterius certe, ut æterno Chriſti Sacerdotio

ſecun-

ſecundum Melchiſedeci ordinem accommodatiſſimum, putavit diligenter adnotandum & expendendum amplius [a]. Ego vero, ut libere dicam, etſi omnia quæ corradere undecunque potuit Robertus Stephanus vetera exemplaria lectionem retineant, *Erat enim Sacerdos*, propter quem tantum conſenſum nolim aliquid immutari, donec diverſum exemplar authenticum inveniatur, acquieſco tamen libenter in hac opinione, ut locum fuiſſe corruptum exiſtimem, ab iis qui oblationem & Sacrificium expiatorium vel applicatorium in Miſſa commenti ſunt, & ſtabilierunt: nam quum apud quoſdam ex Patribus, ut apud Cyprianum & alios, legiſſent in Cœna Chriſtum obtuliſſe, & hujus teſtimonii authoritatem laudari, exiſtimaverunt, opinor, conjunctionem, *autem*, in *enim*, immutandam. Primum enim, ratio non poteſt eſſe verbi *protulit*, (quo hic utitur Auguſtinus contra adverſ. legis & Prophetarum cap. 20. & de Civit. cap. 17. lib. 17.) ſeu participii *proferens* (quo uſus eſt in hujus loci verſione Hieronymus, ut copulativæ conjunctionis. *Et* repetitionem vitaret) præterea quod alius quivis à Sacerdote poteſt panem &

a *Corruptionis in editione latina ſuſpicionis rationes.*

vinum depromere. Deinde coactius eſt ſi dicatur eſſe Ætiologia verbi *benedixit*, quod ſequitur: ut enunciati ratio præponatur enunciato: qualis eſſe videtur Deut. 4.15. adde quod ipſe Hieronymus duobus locis, altero in quæſtionibus Hebræis, altero in epiſtola ad Euagrium tom. 3. de induſtria & exprofeſſo locum ediſſerens & exponens, vertit hic, *autem*, illic, *&*. Cyprianus habet, *autem* in epiſtola ad Cæcilium, *fuit autem*, inquit, *Sacerdos Dei ſummi & benedixit Abraham.* atque ita ad verbum totum Epiſtolæ locum refert Auguſtinus lib. 4. cap. 21. de Doct. Chriſtiana, niſi quod dicit *Dominicum Sacramentum*, quod apud Cyprianum legitur, *Dominici ſacrificii Sacramentum.* Multis autem aliis locis, quum citat Auguſtinus locum Geneſ. legit, *autem*, vel *&*. Græci doctores δὲ vel καὶ, quin & reſponſorio veſperarum in Octavis ſacramenti, ut loquuntur, canitur, *erat autem Sacerdos.* Veterum Codicum, fateor, me multum movet conſenſus, non tantum tamen quin ab eis aliquando diſſentiam, ubi exemplarium vel Græcorum in novo (quemadmodum ex his mendoſos quoſdam codices convincit Auguſtinus Epiſtola ad Seleuc.) vel Hebraicorum in veteri teſtament. collatione (quod etiam alterum de-

doct.

doct. Chriſt. lib. 2. cap. 11. ipſe faciendum monet) mendum irrepſiſſe diligens explorator invenerit [a]. Sunt enim id genus multa in Bibliis etiam Rob. Stephani, licet antiquis exemplaribus conſentientibus: ut Iud. 7. 9. *trecenti* pro *Centum* (error irrepſiſſe videtur ex cap. 8. 4.) Pſal. 106. 40. *effuſa eſt contentio*, pro *contemptio*. Pſal. 24. 14. *ut manifeſtetur illis*, pro, *ut manifeſtet* 2. Para. 32. 17. *Cæterarum*, pro *terrarum*, atque ob id Eſdræ 9. 19. Daniel. 8. 2. 6. *portam* pro *paludem*, ut ante verſum 3. eſt enim eadem dictio. Sap. 14. 4. *ſine rate*, pro *ſine arte*. Ierem. 22. *de medio*, pro *de manu*. Ezechiel. 14. 17. *& dixero gladio tranſi:* pro *& dixero, gladie tranſi*. 2. Maccha. 2. 29. veritatem de ſingulis *authoribus*, pro, *authori*, defectus hypoſtygmes poſt ablativum *ſingulis*, errori dedit locum. *authori*, inquam nimirum ipſi Iaſoni Cyreneo, cujus libri quinque in hunc unum ſecundum Macchabeorum librum, tanquam in Epitomen conjuncti fuerunt. Act. 1. 10. *Cumque intuerentur in cœlum euntem illum*, pro *eunte illo*. neque enim vetus interpres πορευομένȣ αὐτȣ̃ reddidiſſet euntem illum qui fere ad verbum reddere ſolet. Audaculus emendator voluit

 accu-

a *Notantur menda non pauca quæ in vulgatam editionem irrepſerunt.*

accuſandi caſum poſtponere verbo, *intuerentur.* ſed hic *intueri in cœlum* eſt ex Græco ἀτενίζειν εἰς τὸν οὐρανὸν, eſſe oculis intentis in cœlum, quod caſum quartum poſt ſe non deſiderat: libentius etiam emendavit quæ ſequuntur, *vidiſtis eum euntem in Cœlum* 1. Cor. 11. 24. *quod pro vobis tradetur,* pro *quod vobis frangetur.* qui correxit, dici exiſtimavit Corpus Chriſti frangi: quum tamen frangens panem in Cœna Chriſtus, eo reſpexit: ut videlicet, panis in Cœna frangendi ritus à Chriſto inſtitutus, nos fractionis Chriſti pro nobis, id eſt, lacerationis, flagellationis, cruci fixionis, necationis, perforationis, reliquorumque cruciatuum, commonefaceret [a]. Vnde ſolenni appellatione panis Cœnæ, vocatur à Paulo *Panis fractionis,* ſive *quem frangimus,* 1. Cor, 10. 16. & *Panem frangere,* meo quidem judicio, eſt Cœnam celebrare Act. 20. 7. non admodum autem difficilis fuit lapſus ex *frangetur,* in *tradetur,* nimirum propter exiſtimatam abſurditatem. Deinde, quia apud Lucam, quem imitatur Paulus, eſt, *datur* non ſemel autẽ pro *datur* alibi legitur, *traditur.* In non diſſimili ſententia, audaculus emendator f, arbitratus eſt perperam ſcribi, pro t, & g pro

a *Fractio Panis quid ſignificet.*

pro d. titulo ſuper à expuncto. ut Cap. 5. Iacob. 16. *ut Salvemini*, pro *ut Sanemini*. nam quum hic ſalvemini poſſit ad ſanitatem corporis referri, ut *ſalvabit* verſu 5. Et *Salvus factus eſt* Act. 4. 9. quia tam conſtanter habent exemplaria ἰαθῆτε non σωθῆτε non poſſum non ſuſpicari *ſanemini* germanam eſſe lectionem. quam ex eo facile corruptam exiſtimo, quod quum in *ſanenimi*, non admodum ſcite pictum *n*, nimirum non colligatum ſuperne, ſolutumque & apertum inferne eſſe, ſed è contrario ut *u* & alioqui *ſanemini*, confeſſioni auriculari parum eſſet accommodum, cui ſalutem, certe ſalutis partem non modicam, tribuere maxime placeret, ideo l inter a & v intercalatum eſt. adde quod ita eadem in ſalute perſtabatur de qua paulo ſupra dictum fuerat, *& oratio fidei ſalvabit laborantem*, hæc enim utrobique ſalus eadem, poſt extremam unctionem reſpiciebat, & ad animam pertinebat. quam ob cauſam in τῷ *confitemini alii aliis peccata veſtra*, novæ factum eſt initium ſententiæ, cum omnino pendeat à prioribus, ſunt & alia multa, maxime prima perſona ſingularis pro tertia, & contra: & ſingularis numerus pro plurali & è diverſo, ubi terminationum dictionis affinitas & cognatio, id ſæpe vitii conjunxit: quæ

 omnia

omnia inſerere hic nimis longum eſſet & tædioſum. Vnum non omittam ex Apocalyp. 14. 13. ubi legitur *iam*, pro *etiam* confirmantis, qui error videtur ex eo ortus, quod in manuſcrip. codice, in fine lineæ erat *&*. Initio autem ſequentis *iam*: deinde quia *enim* per compendium olim ſolebat pingi ēn. (quæ figura non multum differt ab *&*, & ſenſus primo intellectu ferebat, ut ſequeretur ratio dicti, *Beati mortui qui in Domini moriuntur*, quum vox *etiam* locum redderet obſcuriorem, audaculi ex ſuo ſenſu locum corruperunt, facientes ex *& iam*, *enim iam*, alii poſtea ſimplex *iam*; nulla enim ratio, imo ne conjectura quidem eſt, cur interpres reddidiſſet *enim iam*, pro καὶ. quæ enim affinitas inter καὶ & γὰρ ἤδη? Certe idem interpres vertit, *etiam* Matth. 15. 27. & cap. 11. 9. ut Luc. 12. 5. in non diſſimili locutione, & cap. 9. 28. aliquando vertit *ita*, aliquando *utique*. Sed quid hoc ad *enim iam*? ut demus καὶ verſum *enim*, quorſum additum eſt *iam*? Nam hoc adverbiolum ſatis indicat interpretem non legiſſe γὰρ pro καὶ. alioqui, tantum legeretur *enim*, non *enim iam*. quod *ſi hoc etiam dicit ſpiritus*, conferamus cum aſſeverationibus, quæ abſque parentheſi leguntur cap. 19. 9. *& dixit mihi ſcribe beati*

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

qui ad Cœnam nuptiarum agni vocati ſunt, & dicit mihi hæc verba Dei vera ſunt. & cap. 21.5. *& dixit mihi, ſcribe nam hæc verba fida ſunt & vera.* clarum erit, etiam hic eſſe legendum confirmantis adverbium: ſic antea lectum eſt *& iam* pro *etiam* Cant. 8.1. de mendis autem hujuſmodi finem faciam dicendi, ſi idem eveniſſe in punctorum collocatione annotavero, unum & alterum exemplum adducam, legitur II. Reg. 6. 27. *non ſalvet te Dominus*, pro *non ſalvet te Dominum.* tale enim eſt *non* quale 4. Reg. II. 15. & I. Paralip. 14. 14. Matth. 14. 12. καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν αὐτῷ, omnino novæ ſententiæ eſt initium, nec pertinet ad diſcipulos Iohannis de quibus ante, ſi componatur Matthæus cum Marco & Luca. Rom. II. 31. *Ita & iſti non crediderunt in veſtram miſericordiam, ut & ipſi miſericordiam conſequantur.* eſt enim trajectio conjunctionis ἵνα ut 2. Cor. 2. verſ. 7. & cap. 12. verſ. 7. ubi interpres recte convertit ordine Apocal. 13. verſ. 8. *Quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ agni qui occiſus eſt à iactis mundi fundamentis*, pro in libro agni, [qui occiſus eſt,] à jactis mundi fundamentis id eſt, quorum nomina non ſunt ſcripta à jactis mundi fundamentis in libro vitæ

agni; qui occiſus eſt. eſt enim vocum trajectio, eaque manifeſta, collata quidem cum cap. 21. 27. qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. & cap. 17.8. Quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à jactis mundi fundamentis. quin etiam Hieronymus & Theophylactus illud Marci ult. *Surgens autem mane prima Sabbathi apparuit*, ita legunt ut adverbio mane, hypoſtigmen præponant, ne ad priora pertineat, qualis omnino etiam ponenda eſt poſt ἐπὶ οἶκον, Luc. 11.17. ne cum verbo πίπτει ſequentes jungantur hæ duæ voces. hoc docet Matthæus cum Luca collatus, cæterum temere in Sacris litteris nec lectio, nec puncta mutanda ſunt: de quibus hactenus. Redeamus ad locum Geneſeos. Non me latet autem, vau hebraicum (id eſt &) ſæpe capi pro γὰρ (id eſt, *enim, Nam*) atque ita non raro, & quidem recte, verſum eſt ab Hieronymo ut 1. Reg. 18.4. 2. Reg. 3.2. ſed quum duobus locis, quæ citavimus aliter ipſe vertit, non poſſum adduci quo ſibi ipſi conſtare videatur, ut credam, illud *enim*, eſſe Hieronymi. Si ſit, ſatis inepte (pace tanti viri) verſum non diffiteor; quemadmodum & parum appoſite reddidit, *enim* pro *autem* Num. 12. 3. *erat enim Moyſes vir mitiſſimus*, qui tamen apte reddidit *enim* pro &, Daniel 13. 3. ex Græco,
reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

relicto & pro *enim* Ibid. verſ. 4.[a] Iam quod ad verbum הוציא attinet recte quidem vertitur *protulit* ſive *extulit*, & à Græcis ἐξήνεγκεν, (quod verbum à vetere interprete etiam *proferre* redditum eſt Luc. 15. 22.) Ita etiam redditum ab Hieronymo & Græcis, Ruth. 2. 18. 2. Reg. 24. 13. & aliis locis. ſed proprie ſi vim conjugationis hebraicæ Hiphil conſideremus, ſignificat fecit egredi, *il fit ſortir*, & quod Gallicæ linguæ familiarius eſt, *Il fit venir du pain, il fit tirer, il fit apporter*. Ipſum etiam verbum, diverſo quidem verbo ſed ſignificatione non diſſimili vertitur 2. Reg. 11. 12. à Græcis, quidem ἐξαπέστειλε הוציא (fecit venire) *emiſit:* ab Hieronymo autem *produxit*, ejuſdem ſignificationis eſt cum quod legitur Geneſ. 27. 7. 14. (ubi Hieronymus vertit *afferre*, *dare*) & verſu 25. (ubi vertit *offerre*) vel cum הוציא (*fecit appropinquare*) verſu 25. duobus locis, quorum priore vertit *afferre*, altero *offerre*. Ergo ex hujus verbi ſignificatione non poteſt trahi oblatio niſi locum intelligant; quaſi ſit protulit Panem & Vinum, & deinde *obtulit*. atq; ita intellexit Auguſt. in quæſt. mixt. quæſt. 109. & expreſſit[b].

Nomen

a *De verbo* הוציא *hotſi*. b *De nomine Panis.*

Nomen autem לֶחֶם (*panem*) Græci verterunt non ἄρτον, ſed ἄρτους numero multitudinis de pluribus panibus aliiſque cibis intelligentes, quod etiam לֶחֶם notat ut 1. Samuel. 20. 24. 27. ubi de menſa Regis agitur 1. Reg. 4.22. Vbi eſt Hieronymo *Cibus*, Græcis τὸ ἄριστον, & cap. 11.18. Vbi Græcis ἄρτους Hieronymo *Cibos*, & Irenæo ult. 6. *alimenta*: cui tamen in eadem, ſententia 2.Reg.25.3. placet panis, & in Novo teſtamento qui primum Ioan. 6.27.55. eſt *cibus*, multis locis ejuſdem capitis dicitur *panis*. Imo Lucas Act. 14. 17. alludens ad Pſal. 104. verſu 14. & 15. pro *Pane* dicit *cibum*.quæ teſtimonia placuit adducere,ut Ioſephum hanc narrantem hiſtoriam, ſenſum hujus loci tenuiſſe palam ſit, quem & ſequor, quum ait cibos Melchiſedecum obtuliſſe ut non ſolum Abraham ſed & exercitum reficeret: Cui ſuffragantur noſtri, Hieronymus Epiſtola ad Euagrium Hebræos ſcribit intelligere Melchiſedecum victori Abrahamo obviam proceſſiſſe, & in refectionem tam ipſius quam pugnatorum ejus panes vinumque protuliſſe, qui etiam à Damaſceno ſcribitur lib. 4. de fide Orthod.pane & vino excepiſſe Abrahamum: Hoc unum profecto certum eſt, panis & vini nominibus intelligi alimenta: quemadmo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

admodum Chriſtus Matth. 6. 25. quum mentionem feciſſet cibi & potus, mox utrumqué nomine alimenti complexus eſt, quod ſi Melchiſedeci *panis*, cibos notet, quomodo igitur hi cibi à potu diſtincti, Cœnæ panis erit, niſi forte panis in eis intelligatur ut ſpecies in genere? Nam non ſolum hi cibi ſpeciem panis, ſed actiones quorumvis ciborum continent qui eduntur. Panis autem Cœnæ non cibum promiſcuum, ut Ioan. 6. (ob id enim duobus locis illis, panis dicitur Cibus) ſed panem ut ſpeciem tantum. quia fractus eſt & diſtributus tanquam pro pane, & pro cibis aliis non item. Cæterum relativum *ei*, ut oſtendimus, referendum ad Abrahamum, ita ultimo loco pertinere etiam adverbum præcedens, protulit, per hypozeugma dico, alioqui priore loco exprimendum, & poſteriore repetendum, & *Melchiſedecus protulit ei panem & vinum* & benedixit ei, Si enim ad alium reſpiceret prius verbum, quam ad Abrahamum, relativum poſteriori verbo poſtpoſitum, illum alium referret, contra ſententiam Apoſtoli, qui tamen error, neſcio quo modo aut cujus incuria, inter annotationes parvorum Bibliorum Rob. Stephani duas utriuſque teſtamenti verſiones continentium, obrepſit. Atque hæc de loco Geneſeos ſatis ſint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſint [a]. Quod autem Chriſtus in Cœna Deo ſacrificaverit, juſſeritque ut hoc exemplo in remiſſionem peccatorum ſacrificaremus, nullibi legitur. Imo nec Deo Chriſtum obtuliſſe, quod ſi forte apud patres aliquot, obtuliſſe legatur, quum in Geneſi non ſit, *obtulit*, ſed *protulit*, ut ſat multis diximus, loca ſunt accipienda, ut etiam ex præcedentibus intelligantur conſequentia, quaſi dicant, protulit & obtulit, ut ante eſt expoſitum. ob id Cyprianus Epiſtola ad Cecil. cum Geneſeos textum recitaſſet, protulit panem & vinum, poſt ita argumentatur quaſi pro *protulit*, dixiſſet, *obtulit*, ut vel hinc etiam cognoſcamus Abrahamo panem & vinum oblata, quum in ejus gratiam deprompta & prolata fuiſſent [b]. Legimus quidem apud Cyp. de Cœna Domini, [Chriſtum] *magiſtrum, inconſumptibilem cibum apponere diſcipulis, & ſignificata olim à tempore Melchiſedeci prodire Sacramenta: & filiis Abrahæ facientibus opera eius ſummum Sacerdotem panem proferre & vinum*; ſed non Deo offerre aut ſacrificare. Cypriano ſuccinit Auguſtinus in quæſt. mixt. 9.109. *Melchiſedec*, inquit, *Abrahæ primum* quaſi *patri fidelium, tradidit Euchariſtiam Corporis & ſan-*

guinis

a *Chriſtum in Cœna non ſacrificaſſe.* b *Nec id Patres dicere.*

guinis Domini, ut præfiguraretur in Patre, quæ in filiis eſſet futura veritas, id eſt, ut daret Abrahamo Melchiſedecus Euchariſtiæ figuram, cujus diſcipulis ſuis Abrahami filiis Chriſtus traditurus erat veritatem. Nec hic quoque mentio ulla de oblatione Deo à Chriſto in Cœna facienda, ad illum autem modum Cyprianus dicit Abrahami benedictionem ad noſtrum pertinere populum, ut enim Melchiſedecus ſacerdos, Abrahamo benedixit, ſic Chriſtus fideli populo, Abrahami filiis benedicit, quæ ex cauſis una eſt, cur Chriſtus ſit ordinis Melchiſedici Heb. 7. 15. ſive inſtar Melchiſedeci ſacerdos Heb. 7. 6. 7. atque eam adfert ad Hebræos Epiſtola: Legimus & apud Iuſtinum adverſus Tryphonem panem Euchariſtiæ in commemorationem pro iis omnibus qui purgantur animis ab omni malitia, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum tradidiſſe ut faciamus, & ut gratias agamus, &c. Aliis etiam poſt duobus locis non diſſimilia repetit: ſed ut nulla eſt mentio oblationis aut ſacrificii, ita, ut offeratur & ſacrificetur præceptum eſt nullum. Nam quod ad novam Novi Teſtamenti oblationem quam Irenæus Dominum docuiſſe offerri in univerſo mundo, & quam puram cum ſimplicitate Eccleſiam ſolam

offerre

offerre fabricatori dicit, & ſi qua ſunt ſimilia apud veteres interpretes, de ſpiritualibus ea oblationibus intelligo, de quibus ante dictum eſt [a]. Supereſt expoſitio præcepti *hoc facite*, ut ergo probem verbum ποιεῖν facere [b], non ſignificare *ſacrificare*, in dicto Chriſti Cœnam inſtituentis, apud Lucam cap. 22. 19. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν: hoc facite in mei recordationem) poſtquam dixiſſet *accipite, commedite, hoc eſt* [enim] *corpus meum, quod pro vobis* mox *dabitur & frangetur*, hæ meæ ſunt rationes [c]. Primum (quod nulli dubium eſſe debet) aio, eadem repeti 1. Corinth. 11. verſ. 24. quæ hic dicta fuerant: & quod poſt Calicis porrectionem illic expreſſum eſt τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν (hoc facite, quotieſcunque biberitis in mei recordationem) Sic itidem poſt Calicis mentionem eſſe ſubaudiendum. ut poſt utramque porrectionem, nimirum Panis & Calicis, hoc dictum ſit: quemadmodum ipſe Paulus ætiologias duas illorum dictorum in unam conjiciens, mentionem & edendi & potandi facit, quum dicit ὁσάκις γὰρ (*quotieſcunque*

a *De Præcepto, Hoc facite.* b *Non ſignificat Sacrificate.* c *Prima ratio.*

que enim) & ad cujus exemplum poſt mentionem panis & Calicis in Canone Miſſæ latinæ dicitur numero multitudinis, *hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis*[a]. Deinde, quia poſteriore dicto Paulus aliquid habet amplius quam priore, nempe ὁσάκις ἂν πίνητε, (quotieſcunque biberitis) ut utrumque prorſus ſimile reddatur per analogiam, addo priori, τὸ ὁσάκις ἂν ἐσθίητε (quotieſcunque commederitis) ad hunc modum, τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν ἐσθίητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, (hoc facite quotieſcunque commederitis, in mei recordationem) Præterea, ſuboſcuriorem per trajectionem orationem, in rectum vocum ordinem ſic reſtituo, ὁσάκις ἂν ἐσθίητε τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, (quotieſcunque commederitis, hoc facite in mei recordationem) denique, Lucam & Paulum cum Matthæo hac perpetua orationis ſerie conjungo, Accepit panem, dedit diſcipulis, & dixit, accipite, commedite, hoc eſt [enim] corpus meum quod vobis mox frangetur & dabitur quotieſcunque [autem] comederitis panem hunc, hoc facite in mei recordationem. Porro prout κλώμενον & διδόμενον, reddo

a *Secunda ratio.*

reddo per paulo poſt futurum (*ſ'en va eſtre aonné*) quemadmodum quod Marc. 9. 31. legitur παραδίδοται eſt μέλλει παραδίδοσθαι. Matth. 17. 22. & Matth. 20. 22. βαπτίζομαι ſignificat μέλλω βαπτίζεσθαι, ex proxime præcedente, μέλλω πίνειν. Imo hoc ipſum noſtrum præſens Vetus Interpres reddit per futurum, ut per præſens: & legitur etiam in futuro in Canone Miſſæ effundetur, vel fundetur Luc. 22. 20. Certe de hac Carne dicitur Ioh. 6. 5. quam ego (δώσω) dabo, pro mundi vita. his ita digeſtis, contextuque ſic ordinato, omnino *facere* in ſumpturis dictis, quos Paulus alloquitur, ſignificat *comedere*, ſive acceptum comedere. Nam τὸ *facite* hoc, valet, τὸ comedite illum, atque ita dixiſſet Paulus, niſi compēdium vulgare magis placuiſſet. Eadē retinenda eſt analogia & conſtructionis & ſignificationis in poſteriore dicto de Calice. atque hanc ipſam ſignificationem ſatis oſtendit apud Paulum ætiologia proxima utriuſque dicti, *hoc facite:* nempe hæc, quotieſcunque enim commederitis panem hunc & calicem hunc biberitis &c. pro quotieſcunque enim hoc feceritis, &c. ordo Romani officii à Caſſandro litteris mandatus, indicat imperativum *facite* ſignificare, benedicite, frangite, & diſtribuite, authore Huberto Epiſcopo.

neque

neque vero nova eſt in repetitionibus hæc ſignificatio verbi *facere* apud Latinos ποιεῖν, apud Græcos, & עָשָׂה apud Hebræos ejuſdem ſignificationis; Ex infinitis locis apud Latinos unum proferam ex Cicerone pro Marco Marcello, *Animum vincere, Iracundiam cohibere, victoriam temperare &c. Hæc qui faciet* (id eſt facere hæc inquam) Iudicum 16. 5. Hieronymus addit de ſuo *quod feceris*, id eſt, etſi eum deceperis, Iudic. 6. 29. Gedeon filius Ioas עָשָׂה fecit hoc, id eſt deſtruxit altare Baal &c. Ioſuæ 5. verſu ult. ſecundum Latinos, וַיַּעַשׂ *& fecit Ioſua ſic*, id eſt, ſolvit calceamentum ſuum. Hieronymus *fecitque Ioſue ut ſibi fuerat imperatum*, Ioan. 13. 7. ὃ ἐγὼ ποιῶ quod *ego*, facio, id eſt, cum tibi lavem pedes. Galat. 2. 10. ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ ποιῆσαι: quod ipſum ſtudui facere, id eſt quorum pauperum ſtudioſe memor fui 1. Tim. 4. 16. τοῦτο γὰρ ποιῶν *hoc enim faciens*, id eſt non enim negligens gratuitum donum. quod habet etiam Heb. 13. 17. ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, ut cum gaudio hoc faciant, id eſt vigilent. Aliquando etiam ſimul additur ipſa expoſitio verbi *facere*, ut Iud. 4. 8. *feceruntque filii Iſrael ſicut præceperat eis Ioſua, & tulerunt duodecim lapides* Ioſ. 9. 26. *& fecit eis ſic, & liberavit*

ravit eos, & cap. 10. 13. *& fecerunt ita, & eduxerunt ad eum.* Marc. 11. 5. *Quid facitis* λύοντες τὸν πῶλον, *ſolventes pullum.* quod paulo ante tantum fuerat. τί ποιεῖτε τοῦτο, *Cur hoc facitis?* Quin & ubi non eſt locus ipſi verbo עָשָׂה facere, ſed repetitur illud ipſum, quod ante dictum fuerat, Hieronymus omiſſa repetitione nonnunquam utitur ipſo verbo *facere*: ut quod Ioſuæ 5. 3. In Hebræo eſt, *& fecit Ioſua cultros acutos.* Hieronymus vertit, fecit quod juſſerat Dominus. [Sic quod Iudic. 16.14. in Hebræo eſt וַתִּתְקַע בַּיָּתֵד *fecit clavo*, reddidit quod cum feciſſet Dalila]. Ex ſuperioribus palam eſt verbum ποιεῖν (facere) nulla ratione poſſe aptari ut ſacrificare ſignificet in dicto illo Chriſti, *hoc facite.* alioqui etiam dictum ad eos ſolos pertineret, qui noſtri Presbyteri ſe ſolos ſacrificii illius faciendi jus habere profitentur: quod tamen ad ſuos quoque omnes Corinthios ſpectare teſtatur Paulus [a]. ſcio aliquot loca quoſdam adducere; non ſolum ſacra, ſed etiam prophana, ad probandam illam ſacrificandi ſignificationem. Sit nunc ita (nam infra, an verum ſit diſcutiam) [b], an vero quia illis locis hæc acceptio quadrat, ob id & huic

a *Objectio, de acceptione vocis facere.* b *Refellitur.*

huic conveniet? an quia *Semen eſt verbum Dei* in prima parabola Matth. 13. ob id erit etiam in tertia verbum Dei? nam de hominibus dictum hic interpretatur ipſe Chriſtus. An rurſus quia *aquæ* ſunt *populi, & turbæ, & gentes & linguæ* Apoc. 17. 15. Propterea erunt etiam populi, turbæ, gentes, & linguæ toties in Pſalmis, & aqua Populus Ioh. 7. 38. an fermentum de re eadem dicitur Matth. 13. & 16. Nam hic in malam, illic in bonam ſonat partem. adde quod in dicto Chriſti nulla prorſus eſt vox, nec in prioribus nec in poſterioribus, unde conjecturam de hac ſignificatione facias[a]. Iam de locis agamus in quibus ajunt עָשָׂה facere, (eſſe *ſacrificare*) de quibus hoc plane dico[b] nullum eſſe ubi hæc expoſitio congruat, quin ſupra aut infra, vel vox *ſacrificium*, aut ſimilis exprimatur hinc illis locis ſubaudienda, vel ex prioribus aut poſterioribus facile intelligatur, vel voce hebraica, ſi fideliter reddatur, ſignificetur. aut in ea contineatur, Exod. 10. 25. וְעָשִׂינוּ & faciamus Domino Deo noſtro, ſubauditur relativum *ea*, nempe ſacrificia & holocauſta: atque ob id Græci traduxerunt ἃ ποιή-σομεν. Hieron. *quæ offeramus*. Num. 6. 11. *& faciat Sacerdos altare pro peccato* (quo[d] etiam verte-

---

a *An facere pro ſacrificare accipiatur?* b *Negatur.*

verterunt Græci *περὶ ἁμαρτίας*) & altare in holocauſtum, in hebræo eſt לְחַטָּאת quod hic verti non debet *in peccatum*, nec *pro peccato*: ſed in Sacrificium pro peccato: ex proximis τοῖς, in holocauſtum: vel certe Sacrificium pro peccato: id eſt, ex altero faciet ſacrificium pro peccato nam חַטָּא non ſolum peccatum ſignificat; ſed etiam victimã, hoſtiam ſive Sacrificium pro peccato. Quandoquidem Hieronymus aliquando vertit hoſtiam pro peccato, hoſtiam, quæ pro peccato eſt, hoſtiam, quæ cæditur pro peccato, ſacrificium pro peccato, ubi tantum eſt חַטָּא & quod aliis locis infinitis interpretatur, tantum, pro peccato, Græci modo per ſingularem τὸ τῆς ἁμαρτίας, modo per pluralem τὰ τῆς ἁμαρτίας & τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας : qui plena & perfecta oratione dicunt. 2. Machab. 12. περὶ ἁμαρτίας θυσίαν pro peccato ſacrificium. Vbi (ut hoc obiter annotem) corruptus locus latine corrupte adhuc legitur in templis, in omnibus Bibliis, non item *pro peccatis mortuorum*. Sunt etiam quædam loca ubi nulla fieri videtur mentio ſacrificii, ſed verbum עָשָׂה *facere* ſolitarie ponitur, quod tamen *ſacrificare* ſignificare videatur, ut Exod. 29.39.41. Vbi vetus interpres vertit offeres. Sed ſi quis ad anteriora & poſteriora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

reſpiciat, mentionem hic inveniet holocauſti, illic altaris, ut ſacerdotum, 2.Reg. 17.32. Vbi vetus interpres aliter vertens alium facit ſenſum. de ſimilibus idem eſto judicium, alioqui & verbum עָבַד græce *λατρεύειν ſervire*, eodem jure dicas ſacrificandi ſignificationem habere, 2.Samuel.15.8. ubi etiam Hieronymus vertit ſacrificare. Nam quod Pſal. 65.15. eſt אֶעֱשֶׂה faciam boves cum hircis (quod Græci verterunt ἀνοίσω offeram, quomodo & verbum quod præceſſit) אַעֲלֶה omnino locutio manca eſt & imperfecta ex ſimilibus ſententiis abſolvenda, ubi locutiones plenæ ſunt. Id eſt faciam bovem ſacrificium, vel boves in ſacrificium, vel in oblationem, vel aliquid hujuſmodi, id eſt, faciam ſacrificium ex bobus: quemadmodum dicitur, 1.Reg.3.15. *& obtulit holocauſta*, & *fecit pacifica*, id eſt, ſacrificia pacificorum. & Eſdræ 4.27. quo cap. verſu 25. eſt facere עָשָׂה quod verſu 22. & 33. fuerat תַּקְרִיב offerre. Sed facere habet accuſativum ut hic exponendum. Neque illo Pſalmi loco aſſentior Rabbino Chimitæ magno certe viro, qui vult hic apparatum notari juxta locum quendam 18.7. feſtinavitque לַעֲשׂוֹת (facere) id eſt, parare illum. ſed repetitio mihi videtur

ejuſ-

ejuſdem ſententiæ diverſis vocibus frequens in Scriptura. quemadmodum etiam ſuperior Eclipſis ſatis frequenter occurit. Vocum maxime quod illis locis facile intelligatur ſubaudiri. talis eſt etiam poſt hoc idem verbum 2. Paralip. 24. 7. & omnes ſanctificationes domus domini *fecerunt.* עָשָׂה *ipſius Baalim.* & ſic Græci ἐποίησαν τοῖς βααλὶμ id eſt & omnes ſanctificationes populi Domini fecerunt ſanctificationes, vel in ſanctificationes, ipſis Baalim. Hieronymus, *ornaverunt fanum Baalim.* quin & poſt idem verbum de rebus prophanis etiam dictum 1. Reg. 17. 12. *& faciam illud. panem ſubcinericium,* id eſt ex eo panem ſubcinericium 2. Samuel. 12. 4. ut *faceret viatori* cibum ſupple aut aliquid hujuſmodi (Hieronymus, ut exhiberet convivium peregrino) quæ perficitur ex Geneſ. 27. 8. vel ex 1. Reg. 3. 15. tale eſt παρασκευάζειν Act. 10. 10. Geneſ. 41. 47. *Et fecit terra.* fructum ſupple, frumentum, cibos aut aliquid id genus: ex Habac. 3. 17. & Pſal. 107. 37. Pſal. 37. 5. *& ipſe faciet.* Negotia tua res tuas, ſupple. Exod. 5. 9. *& faciam in ea* (ſervitute) vel in eo penſo, *opus*, ſupple, ſic enim perficitur Levit. 23. 7. quem Hebraiſmum etiam Matthæus retinuit cap. 20. 12. οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν hi noviſſimi unam horam fece-

fecerunt, opus ſupple, & Exod. 20. 9. 10. & aliis ſexcentis locis. Poſt alia etiam verba tales ſunt non infrequentes caſuum obliquorum Eclipſes, perficiendæ ex ſimilibus aliis locis, nihil ad plenam Syntaxin plenumque ſenſum deſiderantibus, quibus recenſendis juſtus vix liber ſufficiat: tantum exemplum unum ex N. T. afferam, Lucæ 2. 32. Lumen εἰς ἀποκάλυψιν (ad revelationem) gentium, id eſt oculorum gentium. atque ita citat locum Irenæus lib. 4. cap. 15. plena locutio eſt Pſal. 119. 18. Vbi revelare eſt aperire, quemadmodum Græci aurem revelare dicunt ἀνοίγειν aperire 1. Paral. 17. 25. Iob. 33. 16. in prophanis etiam authoribus Eclipſes leguntur. Cicero, *Epheſo*, inquit, *conſcendentes hanc Epiſtolam dedimus*, id eſt conſcendentes navem. Ita etiam alibi, *conſcendentes iam navem, Epheſo Laodiceam revertit*. Imo etiam ipſo verbo facere, ea acceptione, de qua controverſia eſt, Virgilius dicit Ecloga tertia:

Cum faciam vitula, pro frugibus, ---

Sacrificium ſupple, id eſt, faciam ſacrificium ex vitula. Sic enim etiam apud Ciceronem & alios authores invenias perfecta oratione facere ſacrificium ut 1. Reg. 12. 27. Cic. de aruſpicum reſponſ. *De illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute populi*

 Roma-

Romani. quemadmodum Livius dicit, *ſacrificium rite perpetratum*, nam quod apud eundem Ciceronem pro Murena legimus, *Nolite hunc à ſacris patriis Iunonis ſoſpitæ, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum conſulem potiſſimum avellere.* Poſt infinitivum facere, ſubaudio relativum *ea*, quod *ſacra* quæ præceſſerunt referat: quomodo de aruſpicum reſponſis, inquit, *te ſacra illa tua facientem videre poſſit.* quod ſi ex illo Virgilii loco velint in dicto Chriſti, *facere*, accipi, pro ſacrificare, dicant igitur eadem ſyntaxi *hoc facite*, auferendi caſu, id eſt *facite ex hoc*, atqui hoc non patitur τῦτο quarto caſu ſcriptum, pro [o] in fine, non per ῳ punctulo ſuppoſito quod diphtongum impropriam notet. Non enim legendum eſt, *vitulam*, accuſandi caſu, cum mendoſis quibuſdam codicibus, vel teſte Servio: qui in teſtimonium affert, *facere thure, facere agna:* citatque Horatii locum in 1. Carm. *ſive poſcat agna, ſive malit hœdo.* Hactenus de eo quod objiciunt verbum *facere* habere ſacrificandi ſignificationem. Cæterum omittendum non eſt verbi [a] עָשָׂה *facere*, ſignificationem, alioqui, variorum accuſativorum & poſtpoſitorum cauſa

---

a *Vocis* עשה facere, *quam lata ſignificatio.*

cauſa & reſpectu tam late generaliterque patere, ut fere omnibus de rebus dicatur, congrua tamen ſignificatione, & loco appoſita exponendum, quemadmodum ποιεῖν, græcum, *facere* latinum, & *faire* Gallicum, Deut. 21.12. facere ungues (hic & in ſequentibus עָשָׂה, amputare eſt & reſecare ungues. Sic dicimus *faire la barbe, faire les ongles*, 2. Samuel. 19.24. facere pedes, & labrum, eſt lavare pedes & radere labrum, Hieronymus, *Illotis pedibus & intonſa barba*, Græci, & non curaverat pedes ſuos nec fecerat barbam ſuam 1. Reg. 18.23. *facere iuvencum*, eſt juvencum in fruſta concidere. Ex paulo ſuperioribus & verſ. 33. ſeq. Hieronymus facere, Græci ποιεῖν: & verſibus 25. & 26. eſt in fruſta concidere, & ponere ſuper ligna parata. Certe, quod hic eſt *facere*, proprio vocabulo dicitur *apparare*. Num. 23.1. tam in Hebræo וְהָכֵן quam in Græco ἑτοίμασον, apud Hieronymum *para*, (*accouſtre agence, appreſte, appareille*) quemadmodum quod loco 2. Samuel. 22. 4. ſupra citato. 39. הֵכִינוּ, Græci ἡτοίμασον Hieronym. præparaverant Luc. cap. 9.52. habet etiam ἑτοιμάζειν & Act. 10.10. παρασκευάζειν ſic in Græco eſt parare, coquere, Geneſ. 18. verſ. 7.8. Iud. 13.15. ubi Hieronymus vertit *facere*,

quod 6. ante cap. verſ. 19. coquere) & Nehem. 5. 18. ubi Hieronymus *parari* Græci γίνεσθαι Geneſ. 19. 8. bis ex verſu 5. præcedenti, & 2. Samuel. 13. 2. ex verſibus 11. 12. 14. ſequentibus, facere, eſt concumbere. & priore Geneſ. loco pro facite eis, Græci verterunt χρᾶσθε αὐταῖς (utimini eis) Hieronymus *abutimini eis*, & verſu 22. *facere quicquam*, eſt ſubvertere: quod ipſum fuerat verſu 8. *concumbere:* Hieronymo, aliquid male facere. Græcis ποιεῖν ἄδικον, loco autem 2. Samuel. 13. 2. *facere ei quicquam*, Hieronymus vertit *quippiam inhoneſte agere cum ea.* Ioſu 22. 2. quod in Hebræo eſt שְׁמַרְתֶּם ſervaſtis omnia. Hierony. feciſtis omnia Græci ἀκηκόατε (audiſtis) legentes credo, שְׁמַעְתֶּם pro שְׁמַרְתֶּם Deut. 5. 15. *facere diem Sabbathi.* Hieron. vertit obſervare, Græci φυλάσσεσθαι, *ſervare.*) [a] Ex ſuperioribus liquet in Cœna ſacrificium non eſſe in peccatorum viventium hominum remiſſionem, quomodo ergo pro mortuis erit? Nam & hoc comminiſcuntur adverſarii: itaque in Canone Miſſæ precationem ajunt fieri ut Deus *meminerit eorum, qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dor-*

a *Sacrificium non fit in Cœna pro vivis, nedum ut pro mortuis.*

dormiunt in ſomno pacis ipſiſque & omnibus in Chriſtum quieſcentibus locum refrigerii lucis & pacis indulgeat [a]. Verum hæc precatio veteribus ejus authoribus corporum poſt requiem ſepulturæ, ut loquitur Tertul. in Apolog. generalem reſurrectionem, & dormientibus in Chriſti corpore reſtitutionis, & glorificationis accelerationem. exoptabat: ſive ut idem loquitur Tertul. eodem loco *pro mora finis*, orabat (hoc enim ſenſu malo Tertulliani locum accipere, quam quo Paraphraſtes apologetici interpretatus eſt) illum enim de corporibus dici manifeſtum eſt, an enim dormiunt animæ? an ad ſenſum Canonis quieſcunt? Imo an dormire & quieſcere dici debent, quæ igne torquentur & excruciantur? non enim dicemus ut plerique veterum, animas una dormire cum corporibus, ſed profecto de corporibus mortuis eſſe hæc intelligenda, quibus in locis obſcuris (ut Pſal. 142. 3. & Ierem. Lament. 3. 7. loquuntur) collocatis, quod eſt in ſepulchro, & quibus in tenebris lectulus eſt ſtratus (ut loquitur, Iob. cap. 17. verſ. 13. & Pſal. 87. verſ. 7. 13. In Sepulchro) precantur

a *Precatio pro mortuis, apud veteres reſurrectionem corporum ſpectabat.*

excitandis locum lucis in paradiſo apud Deum. Precantur autem ut eorum meminerit Deus quod videamur cadaverum maxime putrefactorum amplius non meminiſſe, quemadmodum legimus Pſal. 88. verſu 6. 12. 13. & Pſal. 31. 13. Atque hæc inde fluit precatio, quod & nos in nobis ipſis ſuſpiramus redemptionem noſtri corporis exſpectantes Rom. 8. 23. quæ erit extrema illa inſtauratio temporum reſtitutionis omnium, Act. 3. 3. 21. Vbi paulo ante & temporis refrigerii fit mentio. Sic Auguſt. lib. 13. de Civit. Dei, dicit *Sanctorum animas defunctorum, reſurrectionem corporum patienter & deſiderabiliter exſpectare.* Sic etiam Sacerdos hodie mortuum terræ mandans, precatur, ut *inter reſurgentes reſurgat, partem beatæ reſurrectionis obtineat, inter ſanctos & electos reſuſcitatus reſpiret*, & multa hujuſmodi, quæ ad reſurrectionem corporum pertinent. Verum quemadmodum in quoſdam Canonis Codices contra veterum exemplarium fidem irrepſit, & intermiſta eſt animarum mentio (in hoc videlicet ut ab igne purgatorio liberentur, cui fovendo, imo ne excitando quidem, nulla in omnibus bibliorum ſylvis ligna inveniuntur) ita tandem eadem in Sacerdotalium illarum precum formulam &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Enchiridion [a]. Nam quod apud Tertull. in exhort. ad caſtitat. & de monogamia, legimus, orare pro duabus uxoribus vivente & mortua, orare pro maritis, novo & vetere, id eſt vivente & mortuo, *orare pro anima mortui*, quid hoc ſit, per ea quæ continuo ſequuntur exiſtimo declarari, & refrigerium interim adpoſtulare ei, & in prima reſurrectione conſortium &c. Idque poſt dicitur ſimpliciter, pro marito mortuo orare. Ita etiam alterum locum intelligo pro ſpiritu mortuæ apud Deum poſtulare in exhortatione ad Caſtitatem. Non dubium eſt ſanctorum animas ex corporibus egreſſas, potiri gaudio & in requie eſſe, ut loquitur Auguſtinus lib. 3. de Civit. Dei cap. 8. ſed quod Deus promiſit omnes exſpectant, nempe promiſſam corporum ſuorum reſurrectionem, ut cum eis ſuorum mœrorum & triſtitiarum participibus, tandem vitam æternam cum angelis vivant. quales erant olim preces pro iis qui ad ſepulchrum efferebantur. teſtis eſt Canon ex concilio Toletano 3. cauſ. 2. quæſt. 2. *qui divina*, inquit, *vocatione, ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo & pſallentium vocibus debent ad ſepulchrum deferri. Sufficiat au-*

a *Explicatio locorum Tertul. in quibus meminit precum pro mortuis.*

tem quod in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus divinorum impenditur Canticorum. Scio equidem alicubi[a] Auguſtinum in Enchiridio de Cura pro mortuis cap. 18. tract. in Ioan. 34. ſerm. 32. de verbis Apoſt. ſecus hanc orationem intelligere, & quod dicit, traditionem eſſe patrum aſſerere. Sed ſi hæc paterna traditio eſt, imo ut quidem volunt, apoſtolica ex Tertul. lib. de Coron. mil. cur multis, id genus apoſtolicis, apud hunc enumeratis, etiam hodie non ſtatur, ut huic? Nam Apoſtolicarum omnium idem robur eſſe debet. Conſtabit, ait idem. Tertul. lib. 4. contra Marc. id eſſe ab Apoſtolis traditum, quod apud Eccleſias Apoſtolorum fuerit ſacroſanctum. In quibus autem Apoſtolorum Eccleſiis hoc fuit ſacroſanctum? adde quod dubiam huic paternæ traditioni fidem haberent nonnulli, vel ipſius Auguſtini ætate idem ipſe alibi eſt teſtis, in cap. 66. 68. 69. Enchirid. quin ſi veri libri Hypognoſt. qui ei inſcribuntur, in libro v. *primus*, inquit, *locus eſt regnum cœlorum, ubi agunt animæ beatæ. Secundus gehenna. Tertium penitus ignoramus, imo nec eſſe in Scripturis ſanctis inveniemus.* hic locus nihil ad purgatorium,

[a] *Auguſtini doctrina de Purgatorio vacillans.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

rium, ut nec ſimilis tom. 10. ſerm. 2. in Ioh. Dom. 17. poſt Trinit. idem in lib. 21. de Civit. Dei cap. 75. dicit, nempe, tertium illum locum ignorari. Apoſtolica, inquit, ſententia, falſa eſt de his qui manifeſtis carnis operibus vacant, quæ Galat. 5. enumerantur, ſi tales poſt quamtalibet tempora perperam liberati, regnum Dei poſſidebunt. quod ſi regnum Dei non poſſidebunt, profecto ab æterno igne non liberabuntur, neceſſe eſt enim eum qui locum non habet in Dei regno; locum habere, in igne altero: nam medius inter Dei regnum & ignem æternum, nullus eſt locus. Scio Auguſtini hæc verba non eſſe, hoc tamen Auguſtinum voluiſſe non contentioſus lector concedet, ſi totum locum diligenter inſpiciat, quum enim dicit *quum non eſt locus medius, ubi non ſit in ſupplicio, qui illo non fuerit conſtitutus in regno.* omnino ſupplicium debet æternũ intelligi de quo proxime ante ipſam ætiologiam dixerat, etſi in regni Dei poſſeſſione nunquam erunt, æterno ſupplicio tenebuntur. Si poſt ablativum ſupplicio, repetitũ fuiſſet adjectivũ *æterno*, aut additum demonſtrativũ *illo*, ut poſt *regno* nulla eſſet obſcuritas. ſed facile ſubauditur, tũ ex præcedentibus, tum per hypozeugma ex eodem demonſtrativo ſequente. nam de duabus illis

tantum rebus eſt inſtituta diſputatio, aut ſi mavis, de unica liberatione ab igne æterno, cui regni Dei poſſeſſio opponitur. Duarum etiam tantum habitationum meminit, alterius in igne æterno, alterius in regno æterno: de verbis Apoſt. ſerm. 18. ut duorum expectantium horum Coronam, illorum flammam in Iohan. tract. 12. ſic, duas vias dicit Lactantius lib. 6. cap. 3. Rurſus Auguſtinus, in Ioan. tract. 49. *habent omnes animæ, quum de ſeculo exierunt diverſas receptiones ſuas, habent gaudium boni: & mali tormenta, ſed cum facta fuerit reſurrectio, & bonorum amplius gaudium erit, & malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur*. Bonorum ait Auguſtinus gaudium amplius fore, nimirum *quando* cum corpore gaudebunt. Hoc enim ſubaudiendum eſt ex altero antitheto: ut ante reſurrectionem animæ gaviſæ fuerint, poſt vero animæ ſimul & corpora gaudeant. atqui animæ in purgatorio non gaudere ſed torqueri dicuntur. quæ autem illic torquentur eædem receptis corporibus, purgatorii patronorum opinione, non torquebuntur gravius, imo deſinent omnino torqueri & gaudebunt in æternum apud Deum. ergo locus purgatoriæ receptioni non poteſt convenire, nec de

ea

ea conſentaneè dici aut intelligi. quinimo purgatorium prorſus rejicit, duas tantum receptiones poſt mortem commemorans, lib. 6. cap. 3. alteram gaudii bonis, alteram tormentorum malis [a]. Chryſoſtomus Homil. in Encæniis, duo tempora definit, alterum poſt mortem, alterum in hac vita *hoc*, inquit, *eſt agonum, illud coronarum, hoc laboris, illud relaxationis: hoc ærumnarum, illud retributionis.* Cum Auguſtini prioribus dictis ſecus ac ego interpretantibus, facit adverſum me etiam Chryſoſtomus multis locis; ſed hac in parte à ſe ipſo diſſentire videtur. Sub finem Homil. 21. in cap. 6. Matth. ut & Auguſt. etiam à ſe ipſo locis ſupra nominatis, de Civit. Dei lib. 3. cap. 8. & lib. 21. cap. 25. neque vero mirum eſt nullam ignis purgatorii mentionem in ſacris inveniri litteris: An enim juſtæ piorum animæ tantum purgandæ ſint, non item ipſarum corpora, quæ una cum ipſis ſe etiam peccatis polluerunt & commacularunt? atqui earum corpora nunquam eo excoquenda ſunt igne & purganda. Nam ea in cinerem & pulverem reverſa quum primum excitabuntur & reſurgent, tum judicio Chriſti reſumptis animis ſe ſiſtent, perpetuo gaudio poti-tura

a *Chryſoſtomi ſententiæ de ſtatu animarum expenduntur.*

tura & fruitura. Si reſpondeatur nec impiorum corpora interim dum animæ eorum infernalibus pœnis cruciantur, ſuppliciis affici, ut nec nunc uri corpora piorum quum animæ purgatorio uruntur igne. Non eſt à ſimili ductum argumentum, poſt generalem enim reſurrectionem purgatarum corpora animarum, una cum ſuis reſumptis animis, æternam cum gaudio & quiete vitam vivent, ut poſtea nullum earum purgationi, licet ante cum ſuis animis purgata non fuerint, locus ſit futurus reliquus. Cruciatarum autem in inferno animarum corpora, una cum ipſis ſuis reſumptis animis, perpetuam mortem ſentient, ut etiam eorum cruciationi, ante cum ſuis animis non cruciatorum, tunc locus & tempus futurum ſit. An vero etiam tum animæ eorum qui cum extremum Chriſti adventum mortui in Chriſto fuerint purgandæ ſunt? ſi quidem eorum qui in adventu Chriſti ſuperſtites & reliqui reperientur in occurſu Domini in aëre, manifeſtum eſt animas in purgatorium non iri purgatum. Cur autem, quum ex his nonnulli, peccatis non minus futuri ſint obnoxii, quam illi fuerint? ecquid tanta diſputatione eſt opus, quum Ioan. Apocalyp. 14. 13. paucis verbis purgatorium ignem extinxerit. *Beati*, inquit,

quit, *qui moriuntur*, *οἱ νεκροὶ*, ii inquam, *qui in domino moriuntur: amodo* (etiam dicit ſpiritus) *ut requieſcant à laboribus ſuis.* In Domino morientes dicit Ioan. & confirmat à ſuis laboribus ſtatim à morte requieſcere; qui moriuntur autem, igne purgatorio excoquendi, non dubium eſt eos mori in Domino, alioqui perpetuis pœnis adjudicandos, proinde ſtatim à morte requieſcunt à ſuis laboribus: Itaque in purgatorium cruciandi non relegantur. Cæterum amodo (*ἀπάρτι* ab nunc, *des maintenant, de cette heure*) pertinet ad verbum requieſcunt, (*ἵνα, ut*) per trajectionem tranſpoſito, ut ſit, *ut amodo requieſcant à laboribus* ſuis, quum vocis hujus tranſpoſitionem non raro invenire eſt in ſacris litteris: qualem ſupra annotavimus Rom. 11. 31. 2. Cor. 2. 7. & 12. 7. qualis eſt & Act. 19. 4. rectus ordo conſtat Apo. 16. 15. *beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua* (*ἵνα μὴ*) *ut non nudus ambulet.* Rurſus cap. 22. 14. *beati qui lavant ſtolas ſuas in ſanguine agni, ut ſit eis ius in arborem vitæ.* Porro poſt *τὰ ut requieſcant à laboribus ſuis*, omnino deſideratur ad explendam ſententiam aliquid hujuſmodi: nam revera tales jam nunc requieſcunt à laboribus ſuis, hanc *eſſe neceſſariam* ſubauditionem, quæ cum copula δὲ (enim)

(enim) hic non adverſatur, ut teſtimonio proximo, ſed copula additur per Syntaxeos Enallagen, quod modo indicandi enunciatum τὸ, *& opera eorum ſequuntur eos*, ſatis indicat: talis eſt etiam enallage Apoc. 22. 14. *Beati qui lavant ſtolas ſuas in ſanguine agni* (ut ſit eis) *ius in arborem vitæ, & per portas ingrediantur in urbem*, poſt quæ ſubaudio, *Nam revera ius eſt talibus in arborem vitæ, & per portas ingrediuntur in urbem*, ſubauditur, in contextũ ſubjiciens, *foris autem* [ſunt] *canes* id eſt, urbe excluduntur. quare ſi his locis pro ἵνα reddamus, *nam*, non male conſtabit ſenſus redditus. Sic enim pro ἵνα expreſſo (ut) habetur γὰρ (enim, nam) ſubauditur Apo. 20. 6. *beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima* [nam] *in hos mors ſecunda non habet poteſtatem*. exprimitur autem ὅτι (quoniam) Iac. 1. 12. *beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Porro, quod apud Patres legimus, nominatim Cyprianum Epiſt. 9. lib. 1. offerri *pro aliquo qui exceſſerit* & *ſacrificium* pro ejus dormitione *celebrari*, ſive ut paulo poſt, oblationem pro ejus dormitione fieri, & deprecationem aliquam nomine ejus in Eccleſia frequentari: & apud Tertul. lib. de Monogam. *offerri annuis diebus dormitionis*

& ex-

& exhort. ad Caſtit. *pro mortuo oblationes annuas reddere* & de Coron. mil. *oblationes pro defunctis annua die facere*; ita intelligo, ut oblatio ſive ſacrificium ſit illud ipſum, quod fiat in Sacramento Cœnæ, ſed eo modo quem expoſuimus. Annuis enim diebus in memoriam defunctorum offerebantur Eleemoſynæ ad menſam Cœnæ, ut teſtimonium eſſet & confeſſio fidei defunctorum; quin & Auguſtino [a] oblationes pro dormientium ſpiritibus in memoriis factæ, ſunt Eleemoſynarum in pauperes diſtributiones. Idem etiam docet Chryſoſtomus in Orat. de Martyribus, & quia in Cœna multæ diverſæque fiunt precationes, quæ etiam ad ſacrificium laudis pertinent, illæ ad illum finem pro mortuis non omittebantur: quemadmodum etiam offeruntur ſacrificia pro Celerina, Laurentio & Ignatio martyribus, apud Cyprianum epiſt. 5. lib. 4. & in liturgia Græca oratur pro Deipara virgine, pro Apoſtolis & martyribus, pro quibus alioqui, ut & Prophetis, ſuperfluum eſt & illicitum orare. *Iniuriam* enim, teſte Auguſtino, *facit Martyri, qui orat pro Martyre*, propterea quod pios homines nedum Prophetas, Apoſtolos, & Marty-

res,

a *Oblatio pro mortuis beatis, cur facta.*

res, ſtatim à morte teſtatur alibi homil. 49. in Ioh quiete frui. neque vero in illis ſacrificiis, ita tantum orabatur, ſed & Apoſtolorum & martyrum fiebat memoria[a]. (imo etiam ad eorum ſepulchra conventus aliquando fiebant Eccleſiaſtici, & celebrabatur Cœna) addebatur & memomoria fidelium quorundam recens defunctorum, cujus rei ſunt teſtes Cyprianus Epiſt. 9. lib. 1. Epiſt. 6. lib. 3. Epiſt. 5. lib. 4. & Auguſtinus lib. 22. de Civit. cap. 10. ut ſcilicet viventes de eis gauderent in Domino, honoratis propter imitationem, (ut loquitur Auguſtinus de vera religione, cap. 55. & Dionyſ. in Eccleſ. hierarc.) & illorum exemplis confirmarentur[b]. Certe ſi quis attente & conſiderate Cyprianum legat, has ejus in Epiſtolis citatis locutiones, *pro eo qui exceſſerit offerre, ſacrificium pro dormitione eius celebrare, oblationem pro dormitione eius facere, ad altare Dei nominare, in ſacerdotum precibus deprecationem aliquam nomine eius* (id eſt, eo nominato, vel in qua deprecatione ille nominetur, ex proxima locutione,) *in Eccleſia frequentare. Commemorationem eius inter memorias martyrum celebrare, ſacrificium pro eo offerre,* quoties

[a] *Vid. Euſeb. lib. 4. cap. 15.* b *Commemoratio mortuorum in precibus Eccleſiaſticis.*

quoties martyrum paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebrantur, & oblationem & ſacrificium ob commemorationem eius celebrare : inveniet non multum diſſimilis inter ſe ſignificationis, in eundem ſenſum recidere. quam ob cauſam etiam Rhenanus in annot. in lib. Tertul. ad martyres, *ſacrificia pro martyribus* interpretatur, ſacrificia pro martyrum commemoratione. Hæc commemoratio etiam hodie in noſtris parœciis, ſed κακοζήλοις uſum habet. In ſolenni enim diei dominici præconio, alibi uno tantum dominico hebdomadis illius, qua defunctus vitam cũ morte commutavit, alibi totius anni dominicis ſingulis, nomina leguntur & recitantur eorum qui quidem id, pecunia majore Vicario numerata, teſtamento caverint. Leguntur inquam ex libro qui Gallice appellatur *Martrologe* (Martyrologium latine ex græco) & *Obitinarius* barbare. *Martyrologium* autem vocatur ex antiqua commemorata conſuetudine, quod poſt martyrum commemorationem adderetur ad recens defunctorum recitationem. Nunc vero in Cathedralibus Eccleſiis collegiatis & conventualibus poſt primam quam vocant, utraque fit quotidie latine: in parœciis autem tantum die dominico Gallice: ubi licet martyrum nomina non legantur,

libe

liber tamen antiquam retinuit appellationem Martyrologii. De precibus pro Martyribus mortuis, quæ olim fiebant, vide Euſebium de vita Conſtantini lib. 5. Sic legimus etiam apud eundem Cyprianum Epiſt. 14. 15. 16. lib. 3. offerri pro lapſis, quod videlicet illis in ſacrificiis, in lapſorum Eccleſiæ reconciliatorum gratiam & pro eis oraretur & gratiæ agerentur: quibus etiam dabatur Euchariſtia. Apud eundem Epiſt. 1. lib. 3. oratur quoque in ſacrificiis: *hic quoque*, inquit, *in ſacrificiis atque in orationibus noſtris, non ceſſantes Deo Patri, & Chriſto filio eius Domino noſtro gratias agere, & orare pariter ac petere ut qui perfectus eſt, atque perficiens, cuſtodiat & perficiat in vobis confeſſionis veſtræglorioſam coronam.* Sic Auguſtinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. *perrexit, unus, obtulit ibi ſacrificium Corporis Chriſti orans quantum potuit ut ceſſaret illa vexatio.* Ita in celebratione Cœnæ pro impetrandis beneficiis ſpiritualibus & temporalibus preces concipiebantur, & fiebant. huc uſque de Sacrificio Miſſæ.

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Capvt III.

Quid pronomen hoc *demonſtret in dicto Chriſti*, hoc eſt corpus meum.

VEnio ad pronomen *Hoc*. primum rejicio prorſus [a] individui vagi commentum, & authori, ut fertur, Scoto ἐν τῷ σκότῳ relinquo, in repert. D. 8. quæſt. 2. ſophiſticum enim hoc effugium tanta horum temporum luce, eſt indignum; potius germanam pronominis demonſtrativi demonſtrationem, demonſtremus panem eſſe. licet ergo in membro de corpore, apud nullum Euangeliſtarum nec apud Paulum poſt imperativum, *Edite*, accuſativus pronominis demonſtrativi exprimatur, nemo tamen inficiabitur eſſe ſubaudiendum: ut ſit, *Edite hoc*. Idque clarum eſt vel ex membro de calice, ſive poculo, apud Matthæum, *bibite ex eo omnes*: cui ſuccinit Marcus, & *biberunt ex eo omnes*. quin & huc facit, quod Lucas priore poculi mentione dicit, *accipite hoc*, ergo apud omnes Euangeliſtas & Paulum, *Edite*, valet, *Edite hoc* [b]. ſequitur *hoc eſt corpus meum*, id eſt, *hoc enim eſt corpus meum*

---

a *Individui vagi rejectio.* b *Pronomen* Hoc *panem demonſtrare.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

meum ex Matth. in poculi mentione ubi ipſum *enim* exprimitur : & apud Greg. Nyſſenum in Orat. Catechet. part. 2. Tit. 21. & in Canone miſſæ latino. Nunc utrumque Cœnæ membrum conjungamus *Edite hoc, hoc eſt enim corpus meum, hoc facite in mei commemorationem, bibite ex eo omnes, hoc enim eſt ſanguis meus, hoc facite in mei recordationem.* Addatur ætiologia à Paulo expreſſa, quare Chriſtus dixerit, edite hoc, bibite ex eo, facite hoc in mei recordationem; nempe hæc, quotieſcunque enim ederitis hunc panem, & biberitia hoc poculum, mortem domini annunciabitis. Iam quis non videat Paulum, ſi in cœptis dictionibus perſeverare voluiſſet, dicturum fuiſſe, quotieſcunque enim hoc ederitis, & ex eo biberitis mortem Domini annunciabitis quemadmodum ſi ætiologiæ vocibus in propoſitione uti voluiſſet, dicturum, edite hunc panem, bibite ex eo poculo, hoc facite in mei recordationem, quotieſcunque enim hunc panem ederitis & ex eo poculo biberitis mortem Domini annunciabitis. ergo, cum apud Paulum loco vocum, *hunc panem*, poſſit eadem cum illis ſignificatione poni pronomen demonſtrativum *hoc* & repeti pro *hoc* poculum, dubium non eſt quin *hoc* in mentione
corpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

corporis demonſtret panem ut *hoc*, ſit, hic panis, id eſt: hic panis fractus, vel ut Cyrillus lib. 4. in Io. cap. 14 loquitur, hoc panis fragmentum, *Credentibus diſcipulis,* inquit, *fragmenta panis dedit dicens, accipite & manducate hoc eſt corpus meum* 1. Cor. 10. 16. & Cyprianus de Cœna dicit Dominum panem diſcipulis porrexiſſe, [fregit panem fractum, dedit diſcipulis, dicens hunc panem fractum, (id eſt, hoc panis fragmentum) accipite & manducate: nam manducatio hujus fragmenti panis, eſt manducatio Corporis mei &,] deinde ipſe Paulus ita explicat poſtquam ad eundem etiam modum, poculi diſerte meminiſſet: Panis, inquit, id eſt manducatio panis, quem frangimus nonne communio Corporis Chriſti eſt: ut juxta analogiam, hoc eſt corpus meum, ſit, hic panis, (id eſt hujus panis manducatio) eſt communio corporis mei, quaſi dicat, hunc panem fractum accipite & edite. hunc enim panem edentes, cum meo communicabitis corpore. Ita profecto panis in Cœna nudum non eſt ſignum, nec ea re deſtitutum quam repræſentat, nempe Chriſti carne, ut cum qua in edendo pane communicetur. Sic etiam poteſt de baptiſmo dici, aqua qua baptizamur, nonne remiſſio peccatorum eſt? nam accipitur baptiſmus in remiſſionem

pecca-

peccatorum Act.2.38. Act.22.26. & in hoc eſt inſtitutus, Luc.ult.47. Siquidem conjungatur cum Matth. ult. 29.& Marc. ult.15.36. Sophiſticam porro illam ſuperiorem demonſtrationem invexerunt, qui panem & vinum conſecrata, panis & vini, contra Pauli veterumque Patrum intellectum & conſenſum, nolunt retinere ſubſtantiam [a]. Nam ut de Paulo primum dicam, ſi abſit à cœna panis, quo eum tempore ſumimus, quî ſecunda ſimilitudo conſtabit & Analogia quam à pane Paulus adducit 1.Cor,10.17. (ut alteram omittam de Cibo animæ per cibum corporis repræſentato, colore, vel aliis panis accidentibus non conſtante, ſed ſubſtantia) quam ut illam oſtendat cum Chriſto unionem fidelibus omnibus ſic eſſe communem, ut ejus inter ſe ſint omnia membra, quæ corpus illud unum conſtituat, & ad charitatem mutuam pacem, conſenſum & unitatem illam, etiam externa profeſſione, colendam, incitet; Cœnam, ſumentes, licet multos, unum docet eſſe corpus: ſicut unus in Cœna panis quo omnes participant: quando, inquit, *Vnus* [eſt] *panis, unum corpus multi ſumus, omnes enim uno illo pane participamus*, id eſt, quando

a *Panis & vinum conſecrata retinent ſubſtantiam ſuam.*

do autem unus eſt in cœna panis (nam omnes in ea uno pane participamus) ob id omnes qui eo uno illo pane participamus, unum corpus cum Chriſto, inter nos ſumus, & eſſe debemus, ſicut unum illius panis] corpus. Non dicit autem Paulus, fideles unum eſſe panem, ſed ab uno pane ducit ſimilitudinem. Atque ita intellexit Cyprianus de Cœna Domini, & *quibus*, inquit, *unus eſt panis, unum eſt corpus, & omnium unum cor & anima una*, &c. Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 26. *Si omnes unum panem manducamus, unum omnes corpus efficimur*, & Gregorius in Regiſtro, *quum panem manducamus vivum corpus efficimur Domini & Salvatoris*, quod niſi τὰ *omnes uno pane participamus*, ætiologia ſit (ut hoc obiter annotetur) τῶν, *quum unus eſt panis*, certe erit repetitio, quæ dictum prius exponat, ad hunc modum, quando, ut dixi, omnes uno pane participamus. talis autem ætiologia longiuſcule poſita legitur, Marc. ult. 4. quod autem vinum maneat in Cœnæ ſumptione, Non bibam, inquit Chriſtus, poſt conſecratum calicem, ex hoc fructu vitis (id eſt, ex hoc vino) donec, &c. ergo ante fuerat vinum. Quod ad primum attinet, multi in ſpeciem videntur ſuis phraſibus negare in panis ſanctificati ſumptione, panem perſi-

perſiſtere[a]: ut Cyprianus, qui ait *Corpus Domini inquinatis animabus accipi & ore polluto ſanguinem domini bibi.* Hieronymus *corpus Domini in caniſtro portari, & ſanguinem eius in vitro:* & multa conſimilia leguntur in Patribus, imo & Chryſoſtomus Homil. 6. ad populum Antioch. Homil. 45. in Ioh. eo tranſcendit ut dicat Chriſtum permittere, ſe non ſolum videri, ſed & tangi, manducari, dentes ſuæ carni infigi, & carnem ſuam lingua contingi. *Num vides,* inquit alibi, Homil. in Encæn. de Euchar. & lib. 5. de Sacerdot. *panem? num vides vinum? num ſicut reliqui cibi* in ſeceſſum vadunt? & qui *cum patre ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſum tradit, volentibus, ipſum accipere ac complecti. fit autem id nullis præſtigiis ſed apertis ac circumſpicientibus circumſiſtentium omnium oculis.* Auguſtinus Hom. 26. *quanta ſollicitudine obſervamus quum Corpus Chriſti nobis miniſtratur, ut nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat, tanta ſollicitudine &c.* & paulo poſt. *Non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui Corpus Chriſti in terram cadere, negligentia ſua permiſerit.* quis obſecro, hæc audiens, quum corpus

a *Patrum dicta explicantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

corpus ipſum revera non videamus oculis, non contingamus lingua, non ei dentes infigamus, ipſo primo auditu, non exiſtimet ipſum panem in Corpus converſum, ut quem ita videamus, contingamus & ei dentes infigamus? Sed hæc omnia de Symbolis ipſis, id eſt figuris ſanctificatis ſunt intelligenda, quæ corpus & ſanguis dicuntur; quod cum eis revera juxta Domini ſermonem & promiſſionem qui fallere non poteſt, conjuncta ſint ſpiritualiter & ſacramentaliter corpus & ſanguis, hæc quidem non ore corporis, ſed cordis ſumenda. Id quod palam eſt ex Tertulliano de Cor. Milit. & lib. 5. adverſ. Marc. qui panis & calicis Sacramentum appellat, quod ſexcentis apud alios locis, eſt ſacramentum corporis, ſeu Carnis & ſanguinis Chriſti. Petrus quoque Lombardus Diſt. 12. Illa dicit fieri in Sacramento tantum: cum quo conſenſit decreti Gloſſographus in palinodiam Berengarii: ſic idem Auguſtinus de Civit. Dei lib. 22. cap. 8. modo ſacrificium corporis Chriſti, modo ſacrificium panis & vini, lib. de Fid. ad Petrum Diaconum cap. 8. & alibi de verbo Domini in Euang. Lucæ ſer. 33. dicit Chriſtum geſtaſſe panem in manibus, quod alio loco in Pſal. 33. Corpus tuliſſe in manibus & Epiſt. ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Iulianum III. & Epiſt. liminari contra Donatiſt. contra Creſcon. lib.1. cap.25. & lib. de ſalutaribus docum. qui indigne manducat corpus & ſanguinem Domini, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini, quod alibi de verbo Domini in Ioan. ſer. 46. quicunque manducaverit panem & biberit calicem Domini indigne &c. item unuſquiſque antequam corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti accipiat, ſeipſum probet, & ſecundum Apoſtoli præceptum, ſic de pane illo edat, & de calice bibat, id eſt unuſquiſque antequam panem & Domini poculum accipiat, ſeipſum probet &c. Alioqui dicendum erat Auguſtino Epiſt. ad Iulianum III. & ſic corpus & ſanguinem Domini accipiat. Eſt enim hic admittenda figura, quæ etiam Auguſtino Epiſt. ad Bonifacium & quæſtionum ſup. Leviticum quæſt. 57. & contra Adiman. cap. 2. & contra adverſ. legis & Prophetarum lib. 2. cap. 9. placuit. Iuxta id quod libro ſententiarum Proſperi dicit cœleſtem panem, qui caro Chriſti eſt revera, licet corpus Chriſti ſuo modo vocetur, non eſſe corpus Chriſti; illud ſcilicet viſibile, palpabile &c. ſed tantum ſacramentum illius Corporis juxta etiam illud quod dicit in ſerm. ad infantes. Beda
refe-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

referente, & quod de Catechiſandis rudibus cap. 16. & in Pſal. 98. & apud Gratianum De conſecrat. diſt. 2. cap. hoc eſt quod dicimus §. ſicut ergo [a]. ſive autem eam figuram metonymiam voces, qua id quod continet accipitur, pro eo quod continetur, ſive Synecdochen, qua teſte Roterodamo lib. 1. de copia, rem ſignatam ſigno ſignificamus, vel qua uno plura intelligimus, nihil moror. alii enim eam illo, alii hoc nomine appellarunt, quam decreti Gloſſographus admittit diſt. 2. de Conſecrat. d. cap. *hoc eſt quod dicimus.* § *ſicut Cœleſtis unctione chriſmatis.* ut ante eum Cyprianus agnoverat, ubi exponens quo modo vinum & panis, caro ſint & ſanguis, de eodem, dicit ſignificantia & ſignificata ejuſdem vocabulis cenſeri [b], phraſes Patrum ita eſſe intelligendas, etiam Chryſoſtomi, vel Chryſoſtomus ipſe Homil. in Encæn. de Euchariſt. teſtis idoneus eſſe poteſt. *ſanguis*, inquit, *ſpiritualis ex Sacramento refluit.* Item Homil. 84. in Matth. *quando ergo*, inquit, *ille dixit hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate & oculis intellectus id perſpiciamus, quod Verbum dicit.* Homil. 60. ad popul. Antioch. *hoc eſt*

a *Quæ figura in verbis cœnæ obſervanda.* b *Patres figurate locuti ſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

corpus meum, pareamus & credamus & intellectualibus ipſum oculis intueamur. Aquilas inquit, Homil. 24. in 1. Corint. *appellat, ut oſtendat ad alta eum contendere debere & cum terra nihil ei eſſe commune, nec ad inferiora trahi ac repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem iuſtitiæ intueri, mentiſque oculum acutiſſimum habere, aquilarum enim non graculorum hæc menſa eſt.* & alibi lib. 3. de Sacerdotio. *etiamne te inter mortales verſari atque in terra conſiſtere cenſes? an non potius in cœlum è veſtigio te tranſferas?* Hieronym. quæſt. 2. ad Hedibiam *Aſcendamus cum Domino cœnaculum magnum, ſtratum, atque mundatum, & accipiamus ab eo ſurſum calicem Novi Teſtamenti, ibique cum eo Paſcha celebrantes, inebriemur ab eo vino ſobrietatis.* haud ſecus Emiſſenus ſerm. de corp. & ſanguine Domini & de conſecrat. diſt. 2. Can. quia Corpus, *Sicut hæc*, inquit, *quæ in te Deus læſa curavit, infecta diluit, maculata deterſit, nec oculis nec ſenſibus ſunt credita, ita cum reverendum altare cibis ſpiritualibus ſatiandus aſcendis, ſacrum Dei tui corpus & ſanguinem, fide reſpice, honore mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maxime totum hauſtum interiori aſſume.* Cyprianus de Cœna Domini. *Hæc quoties agimus non dentes ad mordendum acui-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

acuimus, ſed fide ſyncera panem ſanctum frangimus & partimur, &c. Auguſtinus tract. 25. in Ioan. *Vt quid paras dentes aut ventrem [crede & manducaſti]* & rurſus tract. 26. in Ioan. *non moritur, non qui panem premit dente, ſed qui manducat in corde.* Item de verbo Domini in Euangel. Luc. ſerm. 33. *Nolite parare faucem ſed cor.* ſi locutio Chryſoſtomi figurata non eſt, cum eo diſſentiunt hæc loca de dentibus non acuendis & parandis, ob id Irenæus dicit 4. contra Valent. cap. 34. Euchariſtiam in qua videtur panis, non hic communis, *rebus conſtare duabus terrena & cœleſti.* Origeni cap. 15. id Matth. *Panis ſanctificatus habet aliquid materiale, & aliquid aliud iuxta precationem quæ illi acceſſit, iuxta id*, inquit, *quod habet materiale, in ventrem abit, & in ſeceſſum eiicitur: cæterum, (iuxta id quod habet) iuxta precationem quæ illi acceſſit, proportione fidei fit utilis, efficiens ut perſpicax ſit animus, ſpectans ad id quod utile eſt, nec materia panis (ſanctificati) ſed ſuper illum dictus ſermo qui prodeſt non indigne comedenti illum.* Ex quo Origenis loco, & *re* illa Irenæi in Euchariſtia *terrena*, intelligendus eſt locus ejuſdem Irenæi lib. 5. Vbi ex corpore & ſanguine Chriſti in ipſa Euchariſtia dicit *augeri & conſiſtere carnis noſtræ ſubſtantiam:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

id quod ipſum clarius repetit aliis verbis: *Diſpoſitio*, inquit, *quæ eſt ſecundum hominem ex carnibus & nervis & oſſibus conſiſtit, quæ de calice qui eſt ſanguis eius nutritur, & de pane, qui eſt corpus eius augetur.* Id eſt pane & vino Euchariſtiæ, quæ certe communia & promiſcua non ſunt, ſed veri Corporis & ſanguinis Chriſti ſymbola, non nuda profecto, ſed quæ illa revera exhibent, quo fit ut eorum nominibus ornentur & appellentur. Ante Irenæum eadem dixerat Iuſtinus Martyr. Apol. 2. ſub finem, panem & vinum conſecrata, nec ob id velut communem & uſitatum panem ſumenda (quæ etiam protinus dicit Chriſtianos edoctos Ieſu carnem eſſe & ſanguinem) alimento, ut nutrimento eſſe noſtris ſanguini & carnibus, id eſt, noſtris corporibus, idque κατὰ μεταβολὴν per tranſmutationem nimirum naturalem, id eſt in carnem & ſanguinem corporis noſtri mutata: quemadmodum de Chriſto loquens Theophylactus, in 6. cap. Ioan. ex pane alimoniam accipiente, *Panis*, inquit, *ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius Carni, & in augmentum & ſuſtentationem conferebat iuxta humanum morem.* Id quod ipſum etiam de pane communi & vulgari dicit Cyprianus de Cœna Domini:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mini: *Panis iſte communis*, inquit, *in carnem & ſanguinem mutatus procurat vitam & incrementum corporibus.* ad cujus loci marginem inepte velut annotatiuncula, à tranſſubſtantiatore quodam adſcripta eſt vox, *tranſſubſtantiatio.* quaſi locus tranſſubſtantiationi ſuffragetur: quum omnino ſimilitudinem contineat à communi uſitatoque pane ad viſibilia ſacramenta, quibus ineſſe vitæ æternæ dicit effectum, hiſque non tam corporali quam ſpirituali tranſitione, Chriſto nos uniri, atque panem illum communem eſſe intelligendum, ſimilitudo non multum diſſimilis quæ aliquanto poſt ſequitur indicare poteſt. *& ſicut*, inquit, *panis communis quem quotidie edimus, vita eſt corporis, ita panis iſte superſubſtantialis, eſt animæ ſanitas & mentis.* Canon Concilii Nicæni citatus dicit panis & poculi ſuper divinam menſam propoſitorum non multum nos ſumere, ſed parum: ut intelligamus hoc non ad ſatietatem fieri, ſed ad ſanctificationem. Cui ſuffragatur Auguſtinus ſerm. 33. de verbo Dom. in Euang. Lucæ, *modicum accipimus, & in corde ſaginamur.* ob id Macarius Ægyptius Homil. 27. intelligit panem & vinum quæ in Eccleſia offeruntur eſſe exemplaria (*ἀντίτυπα*) Carnis Chriſti & ſanguinis, Cœnamque Do-

minicam ſumentes panis viſibilis fieri participes, ut qui videlicet in ſacramento panis edatur viſibiliter & corporaliter: Caro autem Chriſti inviſibiliter & ſpiritualiter; ergo panis eſt qui illic ſumitur: quemadmodum etiam tria teſtimonia quæ ſequuntur, apertiſſime continent. Gelaſius contra Eutychen. *Sacramenta*, inquit, *quæ ſumimus, divina res eſt, & tamen non deſinit eſſe ſubſtantia & natura panis & vini.* Theodoretus Dialog. 2. *neque ſigna myſtica, poſt ſanctificationem recedunt à ſua natura, manent enim in priore ſubſtantia, & figura, & forma, & videri & tangi poſſunt, ſicut panis. Intelliguntur autem ea quæ ſunt & creduntur.* Et Chryſoſtomus ad Cæſarium Monachum, *Sicut antequàm ſanctificetur panis, panem nominamus: divina autem illum ſanctificante gratia, mediante, Sacerdote, liberatus eſt quidem ab appellatione panis, dignus autem habitus eſt Dominici Corporis appellatione etſi natura panis in ipſo permanſit, &c.*[a] Auguſtinus profecto duas illas res in Cœnæ Sacramento intelligens, diverſos illius manducandi modos facit, de verbis Domini in Euangelium, ſecundum Matth.

---

a *Auguſtini varia dicta ad id pertinentia,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Matth. & multis aliis locis, paſſim per antitheſin explicat: ut de verbis Apoſt. ſerm. 2. eſſe in Cœna aliquid quod ſumitur viſibiliter, & eſſe aliquid quod ſpiritualiter manducatur, ſpiritualiter bibitur, & in Ioan. tract. 26. eſſe Carnem & Sanguinem, & eſſe carnis & ſanguinis Sacramentum, & de verbis Apoſt. ſerm. 2. eſſe aliud Sacramentum, aliud virtutem Sacramenti, eſſe aliquid quod ſumitur in Sacramento, &, eſſe aliquid quod ipſa (Sacramenti) veritate manducatur & bibitur. in Iohan. tractat. 59. Panem Domini manducare, & panem Dominum manducare, in Pſal. 98. viſibiliter celebrari ſacramentum, & Spiritualiter intelligi Sacramentum. Epiſt. ad Cæſar. Ipſum Corpus manducare, & non ipſum corpus manducare: ipſum inviſibiliter, & non ipſum viſibiliter, in Iohan. tractat. 26. Carnaliter & viſibiliter premere dentibus ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti, & ſpiritualiter manducare carnem ejus & bibere ſanguinem ejus, De Civitat. Dei libro 21. capite 15. Sacramento tenus, Corpus Chriſti manducare & ſanguinem ejus bibere, & revera corpus Chriſti manducare & ſanguinem ejus bibere. in Iohann. tractat. 26. Sacramento corpus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Chriſti manducare, & re ipſa Corpus Chriſti manducare. Manducare panem foris, & manducare panem intus. Premere panem dente, & manducare panem in corde. Ibid. In Sacramento Carnem Chriſti edere, & ſanguinem Chriſti bibere, & in Ioan. tract. 27. uſque ad ſpiritus participationem carnem Chriſti edere, & ſanguinem ejus bibere, ut in Domini corpore tanquam membra maneamus. In Ioan. tract. 26. quoſdam pertinere ad viſibile Sacramentum, & quoſdam pertinere ad virtutem Sacramenti, aliud eſſe Sacramentum, & corpus & ſanguinem Chriſti ad Inquiſit. Ianuarii cap. 3. qui viſibilis eſt cibus, aliud eſſe Sacramentum in Ioan. tract. 26. aliud virtutem Sacramenti, in Pſal. 77. ſecundum quam dicitur Panis cœleſtis ſpiritualiter manducari, contra Max. lib. 3. cap. 12. In Myſterio (id eſt Sacramento) eſſe ſpeciem & ſignificationem. Sacramentum oſtendere aliud quam quod eſt. Serm. ad Infantes, in Sacramento aliud videri, aliud intelligi, Ibid. in Sacramento quod videtur, ſpeciem habere Corporalem, quod intelligitur fructum habere Spiritualem, de doct. Chriſtiana lib. 3. cap. 9. In Sacramento eſſe ſignum, & ſigni vim ac ſignificationem. Ibid. in Sacramento eſſe rem ſignificantem, &

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

rem quo ſignificando referenda eſt. Ibid. & in Ioan. tract. 26. In Sacramento eſſe ſignum & rem quæ ſigno ſignificatur. Ibid. in Sacramento eſſe ſignum, & id quod ſignificat ſignum. In quæſt. in Levit. quæſt. 57. In Sacramento eſſe rem quæ ſignificat, & rem quam illa ſignificat [a]. In ſumma, quorſum non ſupereſſet panis, quum non proprie dicatur panis eſſe corpus, ut altera apud Lucam & Paulum ejuſdem Sacramenti parte, poculum eſſe Novum Teſtamentum ſive fœdus: quin nec ipſe idem panis eſt communio corporis alio apud Paulum loco: ut hæc poſteriora illud eſſe figuratum arguant? Imo ipſa manducatio panis, non eſt communio corporis, ſi propriam locutionem urgeamus, ſed eam communionem fieri notat [b]. Cæterum hæ Patrum Metonymicæ locutiones occaſionem multis præbuere, cur & indignos crederent Corpus Chriſti manducare. Sic enim loquitur Auguſtinus in Epiſt. liminari, contra Donatiſt. poſt collat. quem unum nunc commemorabo; quicunque in Eccleſia corpus Chriſti manducaverit indigne, judicium ſibi manducat & bibit. Imo etiam hoc ipſum ait ſcripſiſſe Apoſtolum, quum de pane loqua-

---

a *Panis non poteſt eſſe corpus Chriſti proprie.* b *Indignorum manducatio.*

loquatur Apoſtolus, de Corpore non item: quemadmodum & ipſe Auguſtinus locum alibi citat Epiſt. ad Iul. III. & de Salutar. document. *Vnuſquiſque antequam Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti accipiat, ſe ipſum probet, & ſecundum Apoſtoli præceptum ſic de pane illo edat & de calice bibat, quia qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat, & bibit*, alio tamen loco refert rurſus ad corpus, Epiſt. ad Iul. III. *quia*, inquit, *qui indigne manducat Corpus Domini, iudicium ſibi manducat, non dijudicans corpus Domini, indigne ſumens Dominicum Sacramentum*, ait, de Baptiſmo contra Donatiſt. lib. 5. cap. 8. *Non efficit ut quia ipſe malus eſt, malum ſit; aut quia non ad ſalutem accepit, nihil acceperit: Corpus enim Domini & ſanguis Domini nihilominus etiam erat illis, quibus dicebat Apoſtolus, qui manducat indigne iudicium ſibi manducat & bibit.* & alibi de verbo Domini ſecundum Matth. ſer. 11. *de quibus dicit Apoſtolus, quod iudicium ſibi manducent & bibant, cum ipſam carnem manducent, & ipſum ſanguinem bibant.* ad eum modum boni & mali, inquit idem, *ſimul manducant corpus & ſanguinem Domini*, & de Iuda Proditore contra Donatiſt. poſt. Collat. & contra Fulgent. Donatiſtam. *Iudas proditor bonum Corpus, & Si-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mon magus bonum Baptiſma Chriſti perceperunt, ſed quia bono bene non ſunt uſi, mali male utendo deleti ſunt. obſecro te, nonne ex his teſtimoniis infideles & indigni videntur Chriſti veſci corpore? at vero ipſum jam [a] audiamus Auguſtinum, ſe ſuamque Metonymiam interpretantem: quum, quod corpus, ſive Carnem & Sanguinem Chriſti hic dicit, alibi in non diſſimili ſententia exponens, in Ioan. tract. 27. appellat Carnem Chriſti, & Sanguinem Chriſti in Sacramento, in Iohan. 26. & ad Inquiſit. Ianuarii cap. 3. Sacramentum Corporis & Sanguinis, de Eccleſ. Dogmat. cap. 53. Euchariſtiam: & quod etiam de Iuda quoque, unaque reliquis Apoſtolis, dicit in Pſal. 10. interpretatur Euchariſtiam primum confectam in Ioan. cap. 12. & contra Donat. poſt. Coll. cap. 6. panem, & in Ioan. tract. 59. panem Domini, non panem Dominum in Pſal. 3. Corporis ſui figuram contra Adamant. cap. 12. Corporis ſui ſignum de verbo Domini ſecundum Matth. Serm. 11. Sacramentum Carnis & Sanguinis primum confectum, de verbo Domini ſecundum Lucam. ſerm. 33. Cœnam manibus ſuis conſecratam. Ad inquiſ. Ianuar. ad eũm modũ cum dixiſſet,

liquido

a *Auguſtinus ſeipſum explicat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

liquido apparet quum primum *acceperunt diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe ieiunos*, paulo poſt loco corporis & ſanguinis Domini ponit Sacramentum neque enim inquit, quia *poſt* cibos dedit Dominus, propterea pranſi aut cœnati, fratres ad illud Sacramentum accipiendum, venire debent. En metonymiam explicatam, figuratamque in propriam reductam loquutionem: ut etiam reliquorum Patrum figuratas hujuſmodi ſententias ſimili donemus interpretatione, quis enim tam eſt cœcus qui non videat, in eo metonymiam eſſe; quod ipſe alibi dicit Auguſtinus, aliquam eſſe corporis Chriſti ſumptionem viſibilem quam facit duplicem, alteram qua viſibile ſumatur, alteram inviſibilem, qua inviſibile, niſi in Cœna Corpus Chriſti viſibile conſtituere audeat? & quod rurſum alibi lib. ſent. Proſperi. *Caro Carnis, & ſanguis Sacramentum eſt ſanguinis.* Vbi etiam Petrus Lombardus lib. 4. ſentent. diſt. 2. figuram admittit. Itemque Corpus Chriſti & veritas & figura eſt. Can. *utrum* & Can. *Corpus Chriſti*, de Conſecrat. Diſt. 2. Nam quod quidam (ut hoc obiter dicam) indignos ajunt Chriſti veſci Corpore ex eo quod Canone *hoc eſt quod dicimus?* ead. diſt. legunt, *Eſt igitur Sacramentum*

mentum & res ſacramenti, idem Corpus Chriſti, ut Sacramentum, non edatur, niſi cum re ſacramenti [a], depravata profecto lectione nituntur. Eſt enim omnino legendum, *eſt igitur Sacramentum, eſt res Sacramenti, id eſt corpus Chriſti*, ut, ſacrificium Eccleſiæ ſubauditum & repetitum, ſit ſubjectum copulæ, ſive verbi ſubſtantivi *Eſt*. Non autem *Corpus Chriſti*, Hoc ita habere ſatis probant, tum τὰ *id eſt corpore Chriſti*, bis antea lecta, tum quod Syllogiſmus illic ſuis tribus partibus conſtans, quatuor voces ſive terminos alioqui contineret, quum tres tantum adeſſe ad ſyllogiſmum rite & bene conficiendum oporteat, adde quod in veteri manuſcrip. quem habeo codice, ex quo matutinæ lectiones feriarum Sacramenti Corporis Chriſti recitantur, & nonnullis etiam Breviariis, quæ vocant, typis excuſis, ut Senonenſi, Pariſienſi, & Sueſſionenſi ipſum, *id eſt*, adhuc habetur integrum. Petrus Lombardus lib. 4. Sent. Diſt. 2. legiſſe videtur. *idem*, (i.) quod per compendium valet, & *id eſt*, & *idem*, ſiquidem τὸ *eſt*, τῷ *id* paulo proprius adjungatur. ſed decreti corrupti præjudicio adhærens, maluit, idem, quam *id eſt*, refertque Auguſtinum, idem

[a] *Textus Auguſt. depravatus apud Gratianum.*

idem corpus Chriſti ob id dixiſſe eſſe ſacramentum & rem ſacramenti, quod, pace Lombardi, Auguſtino nunquam in mentem venit; parum erat hoc ſcripſiſſe & ſenſiſſe Lombardum, niſi plerique falſam hujus authoris opinionem retinerent mordicus & ſequerentur, & aliis ſequendam imperioſe proponerent. Finem hic autem faciam de pane & vino in Cœna remanentibus: Si ante, lectorem admonuero, nempe [a] in quadam oratione celeberrimo conventu ante aliquot dies habita, & magna immenſæ multitudinis attentione audita, magnoque; applauſu excepta: *quod ex fructibus terræ acceptum & prece myſtica conſecratum conſumitur,* fuiſſe pronunciatum *corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti eſſe:* verum id nec habent nec ferre poſſunt pulchra Auguſtini duo loca lib.3. de Trinit. alterum cap.4. alterum 10. è regione ad marginem orationis adnotata, & ab oratore permixta, confuſa & depravata. Idque pace, bonaque venia tanti viri, tanta valentis authoritate, tot dotibus, tot beneficiis, tot gratiis à Deo cumulati, veritatis ergo, tantum dictum velim, conferatur uterque ſeorſim,

a *Intelligit orationem Cardinalis Lotharingi in Colloquio Poſſiaceno, unde colligi poteſt quo tempore fuerit hic tractatus ab autore ſcriptus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſim, non invenias cibum illum Sanctum, panem illum cœleſtem, nempe ſanctificatum, in illo illibato altaris Sacramento, ubi Dominicum Corpus accipimus, & cujus panis forma videtur, in nos intrare, ut loquitur Bernardus ſerm. 3. in Pſal. 90. quod ne quis *videri* interpretetur, quod gallice *ſembler*, ex altera Bernardinæ ſimilitudinis parte, valet [cujus formam videmus in nos intrare, vel cujus forma in nos intrat ut videmus] cibum, inquam illum qui conſumitur, nimirum in hominis ſtomacho: non invenias dici eſſe Corpus & Sanguinem Chriſti, imo ex adverſo, uterque locus ex prioribus & poſterioribus diligenter animadverſus & conſideratus, multum ab iis ſtat, qui panem volunt eſſe ſuperſtitem.

CAPUT IV.

De Concomitantia, & Communione ſub utraque ſpecie.

NUnc de [a] Concomitantia quod eſt ultimum noſtræ diſputationis propoſitum, dicamus, qua factum eſt ut vinum in Sacramenti ſumptione hodie Laici deſiderent, quemadmodum ergo *Conco-*

a *Concomitantia cur excogitata.*

Concomitantia novum eſt vocabulum, ita novo modo, contra expreſſum & receptum Dei verbum, quod jubet, ut *omnes ex eo poculo bibant*, rem propter quam eſt innovatum, ablatam eſſe probare aggredior[a]. quia abſque controverſia eſt, Chriſtum velle ſe in Cœna totum fidelibus offerre ac dare, ut unum magis ac magis cum eo effecti, totum ipſum poſſideant, & omnia ejus bona ad vitam æternam neceſſaria, ab eo derivent, hauriant, accipiant, & eis fruantur: ob id dico ſe ſuo corpore & ſanguine totum voluiſſe ſignificare, velut diviſum in duas partes, corpus & ſanguinem, quemadmodum Apoſtolus 1. Cor. 10. 16. eadem utitur partitione, nempe ut fideles calice benedictionis hauſto ſuum ſanguinem habeant cum ſanguine Chriſti communem, & pane fracto, ſumpto, ſuum corpus cum Chriſti corpore commune, itaque toti cum toto ſint unum Chriſto. quia vero tam late patet nomen Corporis, ut eo ſæpe contineatur & intelligatur ſanguis, Corpus, ne tam generaliter accipiatur, idem mihi utrobique eſt ac Caro, pars altera Corporis, ut *hoc eſt Corpus meum*, valeat, *hoc eſt Caro mea.* ad eumque modum Commu-

nio

a *Communio ſub utraque ſpecie, à Chriſto mandata.*

nio corporis,ſit communio carnis: atque, ita fideles ſint Caro ex Carne Chriſti, & ſanguis ex ejus ſanguine; ſicut juxta aliam Corporis diviſionem Luc. 24. 38. & Eph. 5. 30. Caro ex Carne ejus & os ex oſſibus ejus, ubi Caro ſanguinem complectitur, cujus carnis loco Iob. 10. 11. eſt cutis & caro; oſſium autem oſſa & nervi, & profecto quod eſt corpus, & quidem à ſanguine ſeparatum Hebr. 13. 11. dicitur Caro, Levit. 16. 17. neque vero Caro ſolum ſed & una pellis & fimus. Levit. autem 4. 11. pellis, Caro, caput, crura, inteſtina & fimus; quæ omnia intelliguntur hoſtiæ nomine cap. 6. 30. Hoſtiæ, inquam à ſanguine ſuo ſeparatæ; & cap. 4. 12. ſunt totus juvencus (id eſt totus juvencus à ſuis ſanguine & adipe reliquus) Hieronymus autem reliquum Corpus, quæ me maxime juvat Hieronymi interpretatio, hoc enim ex hebræo poſt partes illas enumeratas intelligo, quaſi ſit, volo dicere reliquum corpus. Neque vero primus, hanc offero interpretationem dicti, *hoc eſt corpus meum.* Cyprianus de Cœna Domini, *Ex quo*, inquit, *à Domino dictum eſt, hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt Caro mea, & hic eſt ſanguis meus, quotieſcunque, his verbis & hac fide actum eſt*, &c. dicit autem, *à Domino dictum eſt, hæc*

eſt

eſt Caro mea, quod paulo ante dixerat, hoc eſt, inquit, Chriſtus, Corpus meum, pergit Cyprianus, *Panis iſte quem Domini diſcipulis porrigebat non effigie ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt Caro.* Iuſtino Martyri interpretationem hanc placuiſſe palam eſt ex eo quod, cũ ſub finem ſecundæ Apologiæ ſcripſiſſet edoctos Chriſtianos[a] cibum Euchariſtiæ Chriſti eſſe & Carnem & ſanguinem, ætiologiam addit, locum citans Apoſtoli, cum inquit, *in Euangeliis ſic tradiderunt, ſibi Ieſum accepto pane gratiiſque actis in mandatis dediſſe & dixiſſe, Hoc facite in mei memoriam, hoc eſt corpus meum, & hoc eſt ſanguis meus.* quod niſi Corpus pro carne accipiat, inepta eſt dicti ſuperioris ætiologia, ipſius Ieſu & Carnem & ſanguinem eſſe ſumus edocti: cujus loco potius dicendum fuerat, ipſius Ieſu & Corpus & ſanguinem eſſe ſumus edocti, quidni autem corpus pro Carne accipiat, qui paulo, ante noſtra corpora in Carnem & ſanguinem diviſerat? *Ex quo*, inquit, *alimento pane & vino conſecratis ſanguis & carnes noſtræ aluntur, id eſt noſtra corpora.* ſic Auguſtinus lib. ſent. Proſp. *Hoc eſt*, inquit, *quod dicimus quod modis omnibus probare, approbare contendimus ſacrificium Eccleſia*

a *Corpus Chriſti pro carne ſive ſanguine.*

cleſiæ duobus confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inviſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti Carne & Sanguine, quem locum cum iis quæ illic ſequuntur, conſidera quæſo diligenter. Videbis enim non ſolum Corpus pro Carne accipi, ſed & quid ſpeciei vocabulo veteres intellexerunt, quæ & alibi ſerm. ad infantes, corporalis eſt & viſibilis; etiam ipſi Auguſtino tract. In Ioan. 26. contra tranſſubſtantiatorum opinionem accidentariam. Idem de verbo Domini in Euangel. Matth. ſerm. 11. Sacramentum appellat Carnis & Sanguinis Chriſti, quod ſexcentis alibi locis eſt Sacramentum Corporis & Sanguinis & tract. 27. in Ioan. edere Carnem Chriſti in Sacramento, quod alibi, manducare Corpus Chriſti Sacramento tenus. Breviter, ab Auguſtino Corpus pro Carne accipi; & carnem locum obtinere Corporis videre eſt de Civit. Dei lib. 21. cap. 25. tract. 26. in Ioan. & contra Creſconium lib. 1. cap. 25. Item ex collatione Epiſt. 111. ad Iuliam cum ſerm. 11. de verbis Domini in Euangel. Matth. & tract. 26. cum 27. in Ioan. Thomæ Aquinati, in Proſa, quam vocant, cujus initium eſt *Lauda Sion Salvatorem*, Corpus etiam eſt Caro, *Sub diverſis*, inquit, *ſpeciebus, ſignis,*

tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tantum & non rebus, latent res eximiæ, caro, cibus, ſanguis, potus. Rurſus quod ipſe dicit 3. ſummæ quæſt. 66. art. 2. In paſſione Chriſti ſeorſim fuit ſanguis à corpore ſeparatus, *Idem per paſſionem*, inquit, *Chriſti & mortem ſanguis eius à carne ſeparatus eſt.* quin & Hilarius lib. 8. de Trinit. non *tantum carnem* ſæpe dicit, ſed & diſerte carnem corporis, his verbis, *Si vere igitur carnem corporis noſtri aſſumpſit, & vere homo ille qui ex Maria natus fuit Chriſtus eſt, noſque vere ſub myſterio carnem Corporis ſui, ſumimus &c.* Ex quo loco & ſuperioribus, manifeſtum eſt Corpus generalius eſſe carne, ut quæ ſit corpus & eo contineatur: quemadmodum in dicto Pauli 1. Cor. 11. 24. Non dijudicamus Corpus Domini, liquet ex iis quæ eadem de re præceſſerunt, τοῖς *Reus erit Corporis & ſanguinis Domini*, Corpus ſignificare una cum carne & ſanguinem. Sic Cyprianus de Cœna Domini, *hoc Sacramentum*, inquit, *Chriſtus aliquando Corpus ſuum, aliquando Corpus & Sanguinem appellat:* quod etiam Auguſtinus non obſcuris verbis declarans lib. ſentent. Proſper. & de conſecrat. diſt. 2. cap. hoc eſt quod dicimus, *Carne*, inquit, *& Sanguine, utroque inviſibili, ſpirituali intelligibili, ſignatur viſibile Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus & palpabile, plenum*

gratia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

gratia omnium virtutum, & divina maieſtate. nam quod dicit *Carne & ſanguine ſignatur corpus*, perinde eſt atque, caro & ſanguis ſignificant Corpus. Idem ſunt quod corpus, idem valent quod corpus, ut recto planoque, & claro contextus ordine, locus ita habeat, carne & ſanguine inviſibilibus Spiritualibus, intelligibilibus, nimirum nobis in terra conſtitutis, quum caro & ſanguis nunc in cœlo ſint, notatur Chriſti corpus, viſibile olim tunc in terra conſtitutis, & palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & divina majeſtate. Nam corpus hoc oculis conſpicuum, malo intelligi, conſpicuum olim fuiſſe in terris, quam nunc eſſe in cœlo (licet) hoc verum ſit, ſatiſque hoc velit Lombardus) propterea quod ſequitur, *Cœleſtis panis, qui Chriſti caro eſt, ſuo modo vocatur corpus Chriſti, quum revera ſit Sacramentum corporis Chriſti, illius videlicet quod viſibile, quod palpabile, mortale in cruce poſitum eſt.* quod dictum de terra non de cœlo palam intelligendum eſt. paulo ante autem dicit Auguſtinus, rem Sacramenti eſſe corpus Chriſti, quod etiam inviſibilem ejus carnem & ſanguinem appellarat, ex ſuperioribus etiam palam eſt, corpus in dicto Chriſti, *hoc eſt corpus meum*, corporis partem, nempe carnem qua partim

tim corpus conſtet, ſignificare: quumque dicitur. Caro & ſanguis Chriſti; Carnem non ſignificare Corpus, ſed corporis partem alteram, ut ſanguis notat alteram. alioqui quemadmodum ſæpe corpus pro Carne, ita viciſſim caro pro corpore uſurpatur, lavare Carnem, Levit. 16. 4. eſt lavare corpus, Iudith. 10. 3. Imo eo ipſo Levit. cap. 26. & Num. 19. 8. quod Hieronymus reddidit; lavabit veſtimenta ſua & corpus aqua, in Ebræo eſt בָּשָׂר id eſt Carnem, Sophon. 1. 17. quod Hieronym. vertit [& effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora] in Hebræo eſt וּלְחֻמָם id eſt caro eorum ſeu cadaver eorum, vide Pſal. 79. 2. 3. in græco τὰς σάρκας αὐτῶν, carnes eorum, ita & hoc verſu, conſtat, homo carne & ſanguine. Ezech. 1. 18. & 10. 12. vertit etiam Hieronym. *Corpus rotarum*, quod in Hebræo eſt בָּשָׂר id eſt carnem. Ad eum modum, quod in Ieſu Chriſti ſepultura vocant Euangeliſtæ Corpus: Petrus Act. 1. 31. dicit Carnem. Chriſtus verus eſt homo ex anima rationali & corpore, in Synodo Chalcedonenſi, quod perfectus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtit, Athanaſiano Symbolo. Chriſtus ergo hoc dicto, *Hoc eſt*

Corpus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Corpus meum, hoc eſt ſanguis meus, ſe ſub duabus panis & vini ſpeciebus partitur in duo, Carnem & Sanguinem, id quod etiam clarum eſſe poteſt ex [a] Ioanne: qui cap. *6.* licet illic de eſu Sacramenti non agat (neque enim illic panis proprie accipitur ut in Cœna, illic enim panis dicitur cibus verſu 27.55.) tamen de eadem carnis Chriſti manducatione Spirituali, myſticaque cum Chriſto conjunctione; illic certe per fidem de conjunctionis initio; in Sacramento autem conjunctionis majore propinquitate, augmento, confirmatione & ſtrictiore arctioreque vinculo, loquitur. Quemadmodum & Auguſtinus lib. 3. de conſenſu Euangeliſt. Ioannem dicit nihil dicere de corpore & ſanguine Chriſti eo loco, ubì reliqui Euangeliſtæ narrant Sacramenti Inſtitutionem, ſed alibi (nimirum cap. 6.) multo uberius hinc [id eſt de hoc corpore & ſanguine] Dominum eſſe locutum, ut videas etiam juxta Auguſtinum utrobique; eandem manducationem commendari; nam & teſte Origene, non ſolum dicimur bibere ſanguinem Chriſti in Sacramentorum ritu, ſed etiam cum ſermones ejus recipimus & Auguſt. lib. de util. agend. pœnit. cap. 1.

a *Ioannis VI non agitur de eſu Sacramentali.*

Iudæos credentes ad prædicationem Petri bibiſſe ſanguinem Chriſti, quem fuderunt ſævientes. Et fideles habent Chriſtum per Baptiſmatis Sacramentum, ut dicit tract. 21. & 50. in Ioan. habere per altaris cibum & potum: Quin & ipſe Paulus Galat. 3. 27. docet baptizatos induiſſe Chriſtum: quem ſequitur Hieronymus ad Hedibiam quæſt. 2. Quotquot inquit, in Chriſto baptizamur Chriſtum induimus, & panem comedimus angelorum &c. quamobrem non dubitat Auguſtinus ſcribere ſerm. ad Infantes. Beda referente in 1. Cor. 10. *Nulli aliquatenus eſſe dubitandum unumquemque fidelium corporis & ſanguinis Dominici tunc eſſe participem, quando in Baptiſmate membrum efficitur Chriſti: nec alienari ab illius panis caliciſque conſortio, etiamſi antequam, panem illum commedat calicemque bibat, de hoc ſæculo in unitate corporis conſtitutus abſcedat*, Ioannes ergo ut ad rem redeam, ad hujus Sacramenti quoddammodo proludens inſtitutionem, poſtquam Chriſtum qui ſe in duo illa diviſerat, dixiſſe teſtatus eſſet, Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinẽ, in me manet & ego in eo: ſtatim duo hæc colligens in unum, ſubdit, qui manducat me, id eſt, qui manducat

ducat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ducat meam carnem & bibit meum ſanguinem: contra ipſe Aquinas in hymno *Verbum ſuperne prodiens*, à toto ad duas partes deſcendens, cum dixiſſet, *prius in vitæ ſæculo ſe tradidit diſcipulis*, continuo dividit ipſum *ſe* in duo, ſe explicans his verbis, *quibus ſub bina ſpecie, Carnem dedit & Sanguinem*, adeo autem verum eſt in Scripturis, carne & ſanguine hominem ſignificari, ut vulgo recepta phraſi dicatur apud Hebræos *Caro & Sanguis*, pro homine. quid? nonne epiſtolam ad Hebræos cap. 2. 14. hominem atque adeo Chriſtum hominem in hæc duo dividit, Carnem & Sanguinem? *quando*, inquit, *pueri illi participes facti ſunt Carnis & Sanguinis*, ipſe quoque conſimiliter eorumdem [Carnis & Sanguinis] factus eſt particeps. Atque ut hæc ad hominis mortalitatem referrentur, addidit, ut per mortem (id eſt, ipſam carnem mortuam, ipſumque ſanguinem fuſum: ad quorum commemorationem nos vocat Sacramentum) eum aboleret qui mortis habet imperium; quod paulo poſt explicans, *Semen*, inquit, *Abrahæ aſſumit*; hic etiam caro & ſanguis de ea hominis partitione & conditione dicuntur, 1. Cor. 15. 50. quod autem in Carnem & Sanguinem ſe totum hominem partiatur Chriſtus,

duæ ſunt rationes. altera ut animas noſtras Chriſto omnino & in ſolidum, ſaturari & ali juxta vulgarem hominum morem intelligamus, qui ut cibo & potu aluntur, ita & nos id eſt animæ noſtræ, Chriſto, id eſt ejus carne, (ſive carnibus ut loquitur latius Chryſoſtomus Homil. 61. ad populum) quæ vere cibus eſt: & ejus ſanguine, qui vere eſt potus. Carnes enim edi ſolent, & ſanguis potari poteſt, vini rubrum colorem, qui frequentior eſt, referens. Quinimo vinum appellatur, uvæ ſanguis, Gen. 49. 11. legitur etiam Deut. 32. 14. Bibere Sanguinem uvæ: quas duas voces explicat proximior חֶמֶר reddita à græcis *οἶνον* vinum) Ezech. 39. 17. 18. 19. Volucres & beſtiæ invitantur ad bibendum ſanguinem, ut ad edendam carnem. altera ratio eſt, quod voluerit ſuam in cruce ad plenam & abſolutam expiationem, mortem ſignificare, & pretii ejus meminit his verbis, *quod pro vobis dabitur, qui pro multis effundetur*, quemadmodum Ioan. cap. 6. de Carne (quæ hic eſt Corpus) loquens, dixerat, *quam ego dabo pro mundi vita*) in qua morte, perfectiſſima foret hoſtia: ad quam omnes, omnibus retro ſeculis reliquæ reſpexiſſent expiatoriæ [a]: in

a *Hoſtiæ omnes in Carnem & Sanguinem dividebantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

in duo diviſæ, carnem & ſanguinem, juvencus mortuus, ante pro peccato vivus oblatus, typus Chriſti in cruce necandi, ita dividitur, Levit. 16. Ita etiam hircus: & Deuteron. 12. 27. hoſtia. Sic etiam Agnus Paſchatis in carnem (ut eſt in Hebræo) ſive in carnes (ut Græci & Hieron. verterunt) & ſanguinem dividitur, Exod. 12. verſ. 7. 8. Quem Chriſti fuiſſe typum teſtatur Paulus, 1. Corinth. 5. verſ. 7. Cujus carnis partes ſunt caput, crura, & inteſtina, verſibus ſequentibus, aut certe cum carne ſeparantur à ſanguine, ut Levit. 4. verſ. 11. Adde etiam juxta hanc partitionem, pro ſanguine animam intelligi: quod anima ſit Sanguis (id eſt Levit. 17. verſ. 11. ſit, ſive ſedem habeat in ſanguine) ſitque ſanguis in animam Geneſ. 9. verſ. 5. Levit. 17. 14. ſive pro anima, id eſt ad animæ conſervationem, ut non abs re has in duas partes, carnem & ſanguinem, Chriſtus dividatur ut perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens (ut loquitur Athanaſii Symbolum) ſive (ut eſt in Chalcedonenſi Synodo ſupra dictum) ex anima rationali, & corpore. Id quod etiam intellexiſſe videtur Ambroſius, & poſt eum Petrus Lombardus libro 4. diſtinct. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

hic enim quærens quare ſub duplici ſpecie ſumatur Chriſtus, quum ſit ejus opinione totus ſub alterutra, reſpondet, tum ex ſe ipſo, tum ex Ambroſio, ut animæ & Carnis ſuſceptio in Chriſto, & utriuſque liberatio in nobis, ſignificetur, valet enim ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus. quia caro Chriſti pro ſalute corporis; Sanguis vero pro anima noſtra offertur. Ambroſius in 1. Cor. 11. habet, *effuſus eſt*, ſed non raro mutat, addit, & diminuit. Lombardus in authoribus, ſicut & Gratianus. Si in altera tantum ſpecie ſumeretur, ad alterius tantum, id eſt animæ vel corporis, non utriuſque pariter tuitionem valere ſignificaretur. Superiorum igitur poſteriore duarum rationum, communicamus in Cœna, non ſolum Chriſto, juxta Pauli dictum, *panis quem frangimus &c.* ſed & paſſioni ejus; quamobrem Auguſtinus lib. 3. de doct. Chriſtiana cap. 16. poſt Origenem Homil. 7. in Levit. aſſerit, in dicto Chriſti, *Niſi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, eſſe *figuram qua præcipiatur paſſioni Domini communicandum*, &c. id eſt virtuti paſſionis ejus [atque ob id Tom. 8. in Pſal. 21. expoſ. 2. dicit *paſſionem* Chriſtum *ſuam dare edendam*] priore ratione ple-

ne plenum ſumimus alimentum. Iam vero quis alendo homini cibum tantum proponat, non etiam potum? Idem profecto tamen faciunt qui in Cœna panem tantum laicis impertiuntur, quibus tamen potus eſt neceſſarius, ſanguiniſque mnemoſynon neceſſarium [a]. atqui inquiunt *concomitantiæ patroni,* Corpus non abſque ſanguine & ſanguinem non niſi in corpore dari poſſe [b]: fateor nec ipſe ſentio in Cœna carnem & ſanguinem Chriſti poſſe reipſa ſeorſim edi & bibi, aut alterum ab altero in Chriſto vivente ſeparari, licet fides ea diſtincte apprehendat & amplectatur, quum enim Cœnam Chriſtus inſtituebat, ea non erant ſeparata, nec unquam poſt excitationem à mortuis fuerunt, nec ſeparabuntur, quum Chriſtus amplius non moriatur. Si ergo modum requiris (quidni enim nos intra ſacrorum oraculorum metas continentes, non ſolum cogitemus & proferamus adverbium *quomodo:* verum etiam ſobrie humiliterque, & demiſſe inquiramus, non per incredulitatem adverbio utentes, ſed robuſti fide, pleneque perſuaſum habentes, Deum quod promiſit etiam poſſe præſtare, dicentes [c] cum beata virgine *quomodo*

 fiet

a *Objectio patronorum concomitantiæ.* b *Reſponſio.*
c *Diſtinctio* ꝙ *quomodo.*

fiet illud, non autem cum Iudæis, *quomodo poteſt hoc fieri*, ſive quomodo poteſt hic nobis dare carnem [ſuam] quam edamus? ab hoc enim tantum Iudaico *quomodo*, nempe *quomodo poteſt &c.* non autem illo, deterret Cyrillus; licet Oratori ſupra nominato, ſolitarium *quomodo* & ſine adjuncto verbo, *poteſt*, vox ſit Iudaica, quando enim Cyrillus dicit, *Nunquam in tam ſublimibus rebus illud Quomodo cogitemus, aut proferamus*, reſpicit, quod ante *dixerat*, *& quomodo poteſt hic* &c.) ſi modum, inquam, requiris, ſpiritualis eſt, non fit hoc in ore, ſed in animo, ſpirituſque ſancti opera & virtute. Sic enim Canon Niceni Concilii ad quem videtur reſpicere, & qui cum eo conſentit Chryſoſtomus Homil. 41. in 1. Cor. 15. vult nos fide intelligere Agnum Dei peccata mundi auferentem qui à Sacerdotibus immoletur, abſque tamen immolatione, in ſacra menſa jacere; cujus pretioſum corpus & ſanguinem ſumamus: utrumque profecto ſignum, panis & vinum, ſeorſim ore editur & bibitur: res autem figuratæ, Caro & Sanguis, non item. Nec enim edere, & bibere ad animam pertinent, ſed ad os corporeum. & ut nullum exſtat de ipſa Chriſti carne ore corporis edenda, nec de ipſo Chriſti ſanguine, corporis ore potando præ-

præceptum, ſic nec animo niſi improprie. quod enim legitur Ioan. 6. niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, omnino figurata eſt locutio, de fide intelligenda, ut paulo poſt videbimus. Quod autem in Cœna præcipitur, *hoc facite*, id eſt *hoc edite*, *hoc bibite*, ſatis ſupra oſtenſum eſt de pane & vino per pronomen demonſtrantis intelligendum, offert quidem, exhibet & donat revera Chriſtus in Cœna, ſub duabus panis & vini ſpeciebus, Carnem & Sanguinem, id eſt ſuum Corpus totum: cujus reipſa participes efficiamur, imo cum quo unum fiamus, utque ita participemus præcipit, & unum ſimus; ſed ea non vult edi & bibi, niſi quodam ſub ambabus ſpeciebus certo modo, ut tum dicamur ediſſe & bibiſſe, quum eorum in Cœna per miniſtrum, vel potius per Chriſtum in Miniſtro, oblatorum bonorumque & commodorum ab eo promanantium omnium participes facti ſumus, quemadmodum qui panem edit, vinumque bibit, horum fit particeps, commodiſque & beneficiis ab eis provenientibus fruitur. Atque ut hoc clarius intelligatur fuſius exponam [a]. Apud Iohan. 6. *Edere Carnem Chriſti, & bibere*

a *Edere Carnem & bibere ſanguinem apud Iohannem quid?*

eius Sanguinem, eſt credere in Chriſtum ad dictum enim Chriſti, *Pater meus dat vobis panem verum*, quum turbæ peterent hunc panem, ſemper ſibi dari, reſpondit ille, ſe eſſe panem illum verum, id eſt fidem in ipſum, illum eſſe panem: ut qui ad eum veniret, non eſſet famem paſſurus, nec qui in eum crederet, ſitim: quemadmodum ante dixerat, hoc eſſe Dei opus, in eum credere, quem ille miſit: Nam venire ad Chriſtum, & credere in Chriſtum, ſynonyma ſunt, vel teſte Auguſtino de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 8. & in Epiſtola ad Sixtum Presbyterum 105. & in Ioan. tract. 25. *Crede*, inquit, *& manducaſti*, & poſt tract. 26. *credere in eum, eſt edere panem vivum*. Cyprianus de Cœna Domini, *quod Eſca eſt Carni, hoc animæ fides*. Ex quo colligitur, fidem in Chriſtum, eſſe cibum, ex eo, & potum: ut qui in eum credit, edat & ebibat, ſive carnem ejus edat & bibat ejus ſanguinem, quod enim ibid. verſu 47. Chriſtus dixiſſet, *qui credit in me habet vitam æternam*, continenter ſubdit, *Ego ſum panis ille vitæ*, quaſi dicat, en quomodo ſum panis vitæ. Deinde quod etiam ibid. verſu 54. eſt, qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam, & ego excitabo eum ultimo die, ante verſum 40. fuerat.

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

qui credit in Filium, habet vitam æternam, & ego excitabo eum ultimo die, propterea quum dicit ſe illum eſſe panem, poſtea verſu 51. interpretatur *Carnem ſuam quam daturus eſt pro mundi vita*, illum eſſe panem, ubi Synecdochice ſubauditur *Potus*, ut ante verſu 35. & 1. Cor. 10. 17. Item cap. 11. 33. Sic quod Matth. 9.11. eſt *edere* Marc. 2. 17. legitur, *edere & bibere*, contra autem cibus ſive panis mihi ſub intelligitur. 1. Cor. 12. 13. & Amos 4. 1. *bibere*, ſignificat *edere & bibere*, indulgere genio: ut jam fides in eum & fides in carnem ejus, quam dedit, pro mundi vita, ſanguinemque ejus quem in remiſſionem peccatorum effudit, de eodem dicantur: & qui credit in illam carnem illumque ſanguinem (nam & Tertullianus de Baptiſmo dicit credere in Sanguinem Chriſti, id eſt in Chriſtum cujus caro crucifixa eſt, & ſanguis in remiſſionem peccatorum effuſus,) carnem illam edat & illum ſanguinem bibat. Sic Lactantius lib. 4. cap. 18. Dicit apud Ieremiam, *lignum*, crucem ſignificare, & *panem* Corpus Chriſti appellari, quia ipſe eſt cibus & vita hominum qui credunt in carnem quam portavit, & in crucem in qua pependit. Iam ergo, quemadmodum *qui carnem Chriſti edit, & ſanguinem eius bibit*, Ioan. 6. 56. *in Chriſto manet, & Chri-*

ſtus

ſtus in eo, ita iterum propter fidem in Chriſtum dicetur in Chriſto manere, & Chriſtus in eo, & hæc eſt fidelium conjunctio ſive κοινωνία myſtica cum Chriſto, in qua *vocatos nos per Deum* Paulus 1. Cor.19. ait, id eſt cum Chriſti Carne & Sanguine, & quidem ſubſtantialibus, atque adeo in Carnem & Sanguinem Chriſti mutari, ut loquitur Auguſtinus Confeſſ. lib. 2. *Nec tu me mutabis in te ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* Et alibi illi *mutantur, in eam* [*Dei ſapientiam*] *& ipſe in eos non mutatur*, qua conjunctione individuo nexu colligata, muniuntur fideles ſpiritualiter, & in vita ſuſtentantur & conſervantur, omnibus Chriſti gratiis & donis eis communicatis. Ita dicimur, *participes Chriſti facti*, Hebr. 3. 14. Ita Auguſtinus dicit, ſerm. ad infant. referente Beda 1. Cor. 10. *Non alienari ab illius panis calicisque conſortio qui ante quam panem illum comedat, calicemque bibat, de hoc ſæculo in unitate corporis conſtitutus abſcedit.* In Cœna etiam illo modo intelligo, manducare Corpus ſive Carnem Chriſti & bibere ſanguinem ejus: ut ſit in eum credere, modo quo ſupra: per quem, (fide magis ac magis per ſymbolum panis & vini ſumptionem, augeſcente, & ſeipſam per Spiritum Sanctum, confirmante & obſignante)

ſignante) Chriſto modo ineffabili; per eundem Spiritum magis ac magis incorporemur & uniamur, in corpus ejus jam inſiti, & ex eo vivamus noſtro facto cum omnibus ejus bonis; ut qui etiam nobiſcum in corpus unum coaleſcat. Hinc Hilarius lib. 8. de Trinit. *hæc accepta atque ſancta efficiunt, ut & nos in Chriſto & Chriſtus in nobis ſit*; ſive ut antea dixerat, *unum cum Chriſto ſimus*, vel ut naturaliter nos in Chriſto & Chriſtus nobis inſit. *Hæc* inquam *accepta & hauſta* nimirum Caro & Sanguis, eaque ſub ſacramento ſive ſub myſterio, ſive cibo Dominico: ut ante loquitur. Id eſt hic panis acceptus, & hoc vinum hauſtum, quæ Sacramentum ſunt & myſterium carnis & ſanguinis Chriſti, ſive Dominicus cibus & potus. Sic Cyprianus de Cœna Domini, manducationem ait eſſe noſtram in eo manſionem; & potum, quandam incorporationem. Leo ad Clerum & plebem Conſtantinop. *In illa myſtica diſtributione, ſpirituali alimonia hoc impertitur, hoc ſumitur, ut accipientes virtutem cœleſtis cibi, in carnem ipſius qui caro noſtra factus eſt tranſeamus.* Chryſoſtomus, *Singulis fidelibus Chriſtus per hoc myſterium ſe coniungit & admiranda myſteria nobis data ſunt, ut ſimus membra ex carne, & os ex oſſibus eius.*

Cyril-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 17. *quum carnem Chriſti in myſtica benedictione fide manducamus, hinc vitam habemus in nobis, illi carni coniuncti quæ vita eſt.* Auguſtinus tract. in Ioh. 26. manducare hunc cibum & bibere hunc potum, ſignificat, manere in Chriſto & habere Chriſtum in ſe manentem, quum ipſe Paulus, *panis quem frangimus*, &c. id eſt, nonne panis quem frangimus, illud eſt, quo (per cujus eſum) nobis Chriſti corpus communicatur? nonne manducatio panis & potatio vini in Cœna, communio, fidelibus, carnis & ſanguinis Chriſti eſt? nonne quum in cœna manducamus panem, & bibimus vinum, tunc communicatur nobis caro & ſanguinis Chriſti? hæc eſt perfectio ſpiritualis, illa manducatio. quod autem hoc, ad unitionis, & incorporationis augmentum pertineat, teſtatur Tertullianus, qui petitionem orationis Dominicæ explicans ſpiritualiter, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Chriſtus inquit, *Panis noſter eſt, quia vita Chriſtus, & vita panis, ego ſum, inquit, panis vitæ.* & paulo poſt, *panis eſt ſermo Dei vivi qui deſcendit de cœlis: tum quod & corpus eius in pane cenſetur. hoc eſt corpus meum, itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem poſtulamus in Chriſto, & individuitatem à corpore eius.*

Sic

Sic Auguſtinus de bono perſeverantiæ lib. 2. cap. 4. ex Cypriani, Tertullianum præceptorem imitantis ſententia, docet, in Cœna perſeverantiam in conjunctione cum Chriſti corpore notari, qui & ipſa Cypriani verba refert. *ait quippe*, inquit, *inter cætera, Hunc autem panem nobis quotidie dari poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviori delicto, dum abſtenti, & non communicantes, à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur.* huc uſque Auguſtinus ex Cypriano, qui poſt pauca ad hunc ſenſum ſerm. 6. de Orat. Dom. *& ideo*, inquit, *panem noſtrum, id eſt Chriſtum, dari nobis quotidie petimus, ut qui in Chriſto manemus, & vivimus, à ſanctificatione & corpore eius non recedamus.* Chryſoſtomus, in 1. Cor. 10. Eo nobis, Domini corpus proprium impertitur, ut nos ſibi copulet, & nexu quodam mutuo reddat propinquiores. Sic credere eſt fidem continuare, & magis ac magis credere, Ioan. 5. 13. *hæc ſcripſi vobis, qui creditis in nomen filii Dei, ut ſciatis, vos vitam æternam habere, & ut credatis in nomen filii Dei*, ergo in Cœna, edere Chriſti Carnem, & bibere ejus ſanguinem, eſt ita credere & Chriſto vivere & incorporari, ut dictum eſt. Nam quemadmodum,
quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

quum edimus panem & vinum bibimus, pani & vino nobis adjunctis communicamus viſibiliter, eorumque participes efficimur, in viſcera trajicientes, & in noſtram convertentes ſubſtantiam, & ut cum Auguſtino loquar, *hunc cibum incorporantes*, ſic in Cœna per virtutem Spiritus Sancti, inviſibiliter ſubſtantiæ corporis Chriſti, communicamus, cujus participes efficimur, haud ſecus ac ſi viſibiliter carnem & ſanguinem ejus ederemus & biberemus. Nam & Auguſtinus Epiſtol. ad Ianuarium 118. Corporis Chriſti & ſanguinis fieri participem & manducare corpus Chriſti, & bibere ejus ſanguinem, pro uno eodemque ponit, cap. 25. lib. 21. de Civit. Dei, & in 1. Cor. 10. teſte Beda, Baptiſmo annectit communicationem Corporis & Sanguinis Chriſti, qui in Pſal. 103. dicit, Baptiſmum & Euchariſtiam ejus communicationis ſignâ ſunt, teſtimonia, ſigilla, & confirmationes eſus panis, & vini potatio. quibus illis ſic noſtræ aluntur animæ, ut his corpora. Nunc igitur, quum hæc manducatio & potatio ſint Corporis & Sanguinis Chriſti communio ſpiritualis: communio autem hæc quod in animo Spiritus Sancti virtute, per fidem fiat, nullam rem aut inſtrumentum corporale deſiderat: ob

id

id animam hac communione nihil proprie edere aut bibere dico, ſed duobus ſeparatis Sacramenti ſignis, Caro Chriſti tunc editur, ejuſq; ſanguis una bibitur (quando enim Chriſtum manducamus, partes de illo non facimus, editurq; & bibitur Chriſtus (Conſtanti Synod. 21. Can. 102.) quum eis communicamus, indeque & ex vita eis alimentum ſpirituale in vitā æternam accipimus, neq; enim, ſicut dictum eſt, Chriſtus, ullo ut ſuum corpus proprie edamus, præcepto, nos adſtrinxit; ſed panem Corporis ſui Sacramentum. ad hunc modum Auguſt. tract. 26. in Ioan. participationem Filii, per unitatem corporis ejus & ſanguinis, ait illa manducatione & potatione ſignificari. Et rurſus Ibid. eum participatione manducari, quæ participatio ab effectu, manducatio & potatio dicitur, ubi animus fide ſuo quidem modo, per tranſlationem à corpore ad animam ductā, edit & bibit: quum magis ac magis manducationis fructu, nimirum illa cum Chriſto omnibuſq; acquiſitis, communicatione fruitur, & pro ſpirituali alimento in vitam æternam utitur. Sic Chriſti ſanguine lavatur animus in Baptiſmo per fidē, ſuo certe quodam modo, cum illic purgatur & emendatur. Sic, licet ſanctificatus panis, quo Chriſti corpori fidelis unitur & incorporatur, non autem

Cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Corporis Chriſti communio, proprie comedi poſſit, communionem tantũ corporis Chriſti dici poteſt fidelis edere: quemadmodum licet judicium edi proprie non poſſit, ſed ipſe panis, quo judicium ſive cõdemnatio accerſitur, *Iudicium* tum infidelis *ſibi manducare*, Paulo, dicitur; neq; vero mira ſit ea tranſlatitia manducatio: quum Origenes & Hieronymus Homil. 16. in Numer. Homil. 16. in Matth. in Pſal. 145. in 3. cap. Eccleſ. verbo ſimplici etiam carnem tribuant & ſanguinem: quæ ut vivatur, edere & bibere oporteat. Id quod Corporaliter nequit fieri, ſed ſpiritualiter. nec eſt quod quis objiciat, eadem nos jam in Baptiſmo adeptos. Nam in Baptiſmo lavacrum eſt: hic alimentum. Baptiſmus ingreſſus eſt in Eccleſiam: Cœna nutrimentum in Eccleſia & conſervatio. Baptiſmus eſt ſalus: Sacramentum corporis Chriſti vita, ut ait Auguſtinus de peccator. merit. & remiſſ. lib. 1. cap. 24. ſunt & aliæ diſcriminis notæ, quas non attingo. Cæterum, qui primi docuerunt in pane & vino conſecratis, non ſupereſſe panis & vini materiam & ſubſtantiam, ſed eſſe revera in ipſam veri corporis ſubſtantiam tranſmutata, itaque corporalem eſum & potum in Cœna conſtituerant; abſurdum invenerunt, ut ante dictum eſt, totum

vivum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

vivum abſque ſanguine corpus edi, & rurſus ſanguinem, qui ſit, in homine vivo, abſentem ab ejus corpore potari. quo factum eſt ut *Concomitantiam* commenti, Symbolo vini laicis interdixerint, & Preſbyteri bis, eadem in Miſſa, Corpus Chriſti edant, & Sanguinem ejus bibant: quum Corpus & Sanguinem conjunctim, deinde Sanguinem & Corpus etiam conjunctim. Verum, *corpus* hic tantum *carnem* notat, partem corporis alteram, ut dictum eſt, deinde non minus dixit Chriſtus poſt poculum porrectum 1. Cor. 11. 25. *hoc facite in mei recordationem*, quam poſt panem. Si præcepto, poſt panem, morem gerere debent fideles omnes, an non etiam præcepto poſt poculum? Ejuſdem enim Chriſti eadem utrobique valere debet authoritas; & verbum, *facite*, oſtendimus ſupra non ſolum ad Apoſtolos pertinuiſſe, qui biberunt ex poculo omnes, Marc. 14. 23. Iuxta præceptum *bibite ex eo omnes* Matth. 26. 27. Sed & ad Corinthios. Itaque ad alios quoſvis fideles etiam hodie pertinere. Colligerem teſtimonia Patrum veterum, hanc vini, alterius Symbolorum, privationem neſcientium; ſed nimis longum eſſet. Immenſus eſt enim Catalogus: tantum pro axiomate dicam ex Chryſoſtomo Homil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mil. 18. in 2. Corinth. & Hieronymo, *ea quæ ſunt Euchariſtiæ, communia eſſe inter Sacerdotem & populum.* Finem hic facio diſputandi [a], addam auctuarium non ingratum futurum legentibus, quum quidem ex ſupra dictis teſtatum ſatis & probatum reliqui, Corpus in dicto Chriſti, ſignificare carnem tantum, partem corporis alteram, ex eo jam colligo nullam panis & vini tranſſubſtantiationi vel conſubſtantiationi (ſiquidem appellationem ferunt qui corporalem corporis Chriſti cum pane manducationem aſſerunt) locum ſupereſſe, etiamſi manducatio corporalis concedatur. An panis enim in partem ſolam corporis, carnem ſeorſim tranſſubſtantiabitur aut conſubſtantiabitur; vinum item in ſolum ſanguinem ſeorſim? Si panis prius verbis Sacramentalibus quod vocant tranſſubſtantiatus in carnem, aut conſubſtantiata pani caro fuerit, imo vero ſi prius caro comeſta; quid tum fiet vino nondum tranſſubſtantiato aut conſubſtantiato, profecto dividetur ita corpus Chriſti vivens, & in eo ſeparabitur caro à ſanguine, quod abſque morte fieri nequit. Chriſtus autem jam non moritur, *mors illi ultra non dominabitur.* Scio equi-

a *Concluſio contra tranſſubſtantiationem & conſubſtantionem.*

equidem à Petro Lombardo affirmari, licet ſub utravis ſpecie idem ſumatur totus Chriſtus, converſionem tum non fieri panis niſi in carnem, nec vini niſi in ſanguinem: ſed unde, & cur ita? tantum hoc affert, & quidem de ſuo, ut concomitantiæ vitet abſurditatem, alioqui nulla nec ratione, nec authoritate, ſuffultus. verum, niſi panis, conſecratione cõvertatur etiam in ſanguinem, quomodo caro à ſanguine non ſeparabitur pane in carnem converſo antequam ſanctificatione vinum transmutetur? Eundem ut fugiat ſcopulum non ſatis caute aſſerit duo Sacramenta dici non debere, quod ſub utravis ſpecie idem ſumatur. Sed non raro veteres, Cyprianus nominatim & Auguſtinus, nominant *Sacramenta* numero multitudinis. Non me latet etiam, ut concomitantia explodatur & exigatur, doceri à quibuſdam, in Cœnæ diſpenſatione non ſeparari, quæ in Chriſto conjuncta ſunt, licet ea duabus diverſis Sacramentis partibus repræſententur, & ſumenda proponantur. quæ ſententia profecto veriſſima eſt, ſi ad manducationem ſpiritualem referatur & pertineat. Sin ad Corporalem, verba ſunt, quæ ad rem collata, nihil efficiunt; imo diverſum à re ſonant: ut qui hæc ita dicat verbis, in vivo Chriſti Corpore carnis non

fit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

fit à ſanguine ſeparatio, id re autem ipſa quis non animadvertat fieri? Si ad omnipotentiam recurratur, qua etiam unio noſtri cum Chriſto, nulla ratione captui humano comprehenſa, fiat: hoc profecto humanæ rationi abſurdum, in verbo Dei fundamentum habet, & appellatur à Paulo *magnum myſterium* (quam ob rem verbo Dei me captivum reddens, potentiam Dei extraordinariam, quam humanum ingenium non comprehendat, libenter hic agnoſco) illud autem non habet. Neque unquam ſe promiſit Deus facturum, nec dixit velle, ut partes totius reſoluti & diviſi, non ſint ſeparatæ: nec ut quod mortuum eſt, ſimul ſit vivens, totum autem Chriſti Corpus in duas partes diviſum eſt, carnem & ſanguinem, quo ſit ut fiant ſeparatæ; & qua ſeparatæ ſint, id eſt caro ejus avulſa & ſeparata à ſanguine, oportet mortuum eſſe Chriſtum: qui tantum à mortuis nunc excitatus vivit, nunquam moriturus: quod ſicubi dixiſſet illud Deus, me in obſequium Dei captivans, omnipotentiæ cederem, adorans religioſe, quia tacuit, in ejus potentia generali uſitata & ordinaria, volens acquieſco, qui teſte Auguſtino, non ob aliud veraciter omnipotens vocatur niſi quando quicquid vult poteſt, nec voluntate cujuſpiam creaturæ, volun-

voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Cui ſententiæ ſuffragatur Chryſoſtomus. *Omnipotens*, inquit, *dicitur Deus quia poſſe illius non poteſt inveniri non poſſe, dicente Propheta, Omnia quæcunque voluit fecit.* Ipſe eſt ergo omnipotens, ut totum quod vult poſſit; unde Apoſtolus *eius voluntati quis reſiſtet?* Denique, quod hic dico ad tranſſubſtantiationem & conſubſtantiationem excludendam valere, tantum ei ipſi ad corporalem manducationem admittendam roboris ineſſe ſervata Analogia volo, atque adeo ad corporalem in terris præſentiam rejiciendam: quam ſi dixero Cyrillum teſtari lib. 11. in Ioan. cap. 22. carnalem Chriſti præſentiam in Cœna non eſſe deſiderandam. Reclamabunt Tranſſubſtantiatores hoc à Cyrillo dici, non de præſentia in Cœnæ Sacramento (neque enim Cœnæ nominatim memini) ſed de abſentia per profectionem & aſcenſionem ad Patrem de qua Ioan. 14. 15. verum quum hoc affirmans Cyrillus ex 6. Ioan. cap. teſtimonium ad probationem afferat, *Spiritus enim eſt qui vivificat. Caro nihil prodeſt, verba quæ ego loquutus ſum vobis Spiritus & vita ſunt,* quem locum de Cœna intelligendum plerique tradiderunt: Certe velut præludium quoddam eſſe ad inſtitutionem Cœnæ palam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

palam eſt) & protinus has ſubjungat ſententias, *aperte namque hic* (id eſt hoc loco, Ioannem citat) *ad ſanctificandum vivificandumque nihil prodeſſe carnem oſtendit, in quantum ſolius naturæ humanæ caro eſt, quum igitur Deitati ſervatio tribuatur, non debetis inquit Chriſtus, carnis præſentiam propter hoc deſiderare:* hæc inquam quum ſic habeant, facile eſt videre abſentiam illam non tantum extra Cœnam, ſed in cœna eſſe intelligendam. Adde quod & illic benedictionis myſticæ præceſſit mentio, ad quam benedictionē, ipſum etiam Domini corpus, conjuncta virtute verbi, adeo fiat activum, ut poſſit ſanctificationem ſuam nobis immittere, de quibus ipſis myſtica benedictione & ſanctificatione, (ut Corollarii loco, etiam hoc dicam) idem Cyrillus alibi lib. 4. in Ioan. cap. 14. dictum Ioannis explicans, quod etiam ad Cœnam referunt, *niſi manducaveritis carnem filii hominis & bibitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Non enim, inquit, *poſſunt cum ſanctificatione, beatæ vitæ fieri participes, qui per myſticam benedictionem Ieſum non ſuſceperunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

PETRI PICHERELLI

DISSERTATIO DE Imaginibus, habita ad fanum Germani, coram Regina Matre, Anno 1562.

Ex Gallico.

QVandoquidem placuit Majeſtati tuæ, Domina, id mihi in mandatis dare, ut in conſpectu ſuo, & audiente tam nobili & excellenti conventu, verba facerem de capitibus à M. tua propoſitis; experientia autem compertam habeam humanitatem veſtram & attentionem; etſi neque ſim orator, neque mihi unquam acciderit, ut in tali cœtu peroraverim, depoſito tamen omni metu, me ad dicendum accingam. Primus articulus à M. tua propoſitus, Domina, eſt de imaginum uſu, qualis in primitiva Eccleſia fuerit. Iam per integrum octiduum, multi viri magni, Doctores & docti, hanc materiam tractarunt, & fuſe oſtenderunt, qualis fuerit uſus in primitiva Eccleſia, alii quidem uno modo, alii autem altero. De hoc igitur ſilebo, quia vix aliquid addi poteſt quod ſit magni momenti. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

uſum ſpectat, illum in duobus intelligo, in ipſa imaginum fabricatione aut effigiatione, & in earundem adoratione. De fabricatione omnes conveniunt, quod imagines effingere non ſit abſolute prohibitum, nec per ſe malum; cui ſententiæ confirmandæ affero rationem ex ſcriptura, in qua legimus Exod.35. ſpiritu repletum fuiſſe Beſeleelem, ut duos Cherubinos & alia tabernaculi ornamenta artificioſe elaboraret. Sed in adoratione non omnes conſentiunt. Sunt enim qui nullo modo eis adorationem deferre volunt. Alii afferunt in contrariam partem concilia, hiſtorias, conſuetudines, cum textu ſcripturæ. Dominus Epiſcopus Valentinus, nodum ſecuit nudius tertius; & plane rejecit omnem adorationem, addens grande pronunciatum, quod Deus prohibet, ne quis coram imaginibus proſternat vel incurvet ſe, nec amplius diſputandum eſſe an adorandæ ſint, cum non liceat ſe incurvare vel aliquam talem reverentiam aut honorem eis exhibere. Quamvis autem, Domina, Dominus Valentinus prælatus doctrina & eruditione emineat, quod ſatis compertum eſt omnibus: nihilominus, quia verbum illud eſt maximi momenti, & in eo totius cauſæ cardo conſiſtit, pro ea quam mihi Deus impar-

titus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

titus eſt gratia, ut aliquantulum in linguis hebraica & græca promoverim, & in Sacra Scriptura & ſanctis doctoribus verſatus fuerim, conabor demonſtrare, an talis ſit veritas necne. Id autem præcipue facturus ſum, ex mutua locorum ſcripturæ collatione inter ſe. In quem finem exiſtimo, me operæ pretium facturum, ſi mandatum Dei in quo de imaginibus agitur verbatim recitem & exponam. Quod cum in decalogo ſcriptum ſit, & ad ea pertineat, quæ etiam hodie obligant, & vim ſuam retinebunt uſque ad mundi finem, non ſolum mihi videtur Iudæos ſpectare, ſed & Chriſtianos, iiſque etiam denunciatum eſſe, qui poſſunt & ſemper poterunt id ſibi applicare, quod ſcriptum eſt Deut. 5. v. 3. *Non cum patribus noſtris iniit pactum, ſed nobiſcum qui in præſentiarum ſumus, & vivimus.* Hoc expoſito mandato, refellam reſponſiones quorundam ex Dominis qui ante me verba fecerunt, præteritis diebus, & contenderunt non malum eſſe ſi quis coram imaginibus incurvet ſe, cum, ut dicunt, talis honor non ad imaginem redundet, ſed ad eum qui imagine repræſentatur. Sed id primum à M. tua peto Domina, & ab univerſo nobili conventu, ne ſiniſtre id interpretetur, ſi aliquando quædam loca ſecundum

hebræum vel græcum proferam, id enim faciam quam potero rariſſime, idque tantum ut eruere poſſim veram ſubjecti & ſenſus ſignificationem, addita etiam eodem momento interpretatione latina & gallica, ubi neceſſe fuerit. Tale igitur eſt ſecundum mandatum, Exo. 20. & Deut. 5.

Ne facito tibi ſculptile, nec ullam ſimilitudinem, eorum quæ ſunt in cœlo ſurſum, aut in terra deorſum, aut in aquis infra terram, in hoc ut eis, te incurves, & ſervias.

Hoc eſt ſecundum mandatum, ad cujus explicationem, quod verto *ſculptile*, in textu Hebræo eſt פסל *peſel*, & in græco εἴδωλον. quod duobus verbis gallice diximus, *image taillée.* Dominus Valentinus probabat nudius tertius, Idolum, Sculptile, & Imaginem, de una & eadem re dici, in vulgata tranſlatione cap. 44. Eſaiæ. quia cum initio dixiſſet, *plaſtæ idoli omnes nihil ſunt,* poſtea ſubjungit, *quis formavit Deum & ſculptile conflavit ad nihil utile?* & tandem, *artifex fecit imaginem viri, quaſi ſpecioſum hominem habitantem in domo.* Quod mihi quidem videtur appoſite animadverſum. Quamvis enim *Idoli* nomen, vix aliter quam in malam partem accipiatur, & ad falſos gentilium & Ethnicorum Deos referatur; hic tamen, ſimpliciter ſumitur pro imagine ſeu ſtatua

ſcuptili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſcuptili vel fuſili. Id ex eo conſtat, quod Græci in hoc mandato εἴδωλον verterunt, poſtea in eadem ſententia, ubi erant eadem verba γλυπτὸν reddiderunt Deut. 5. hoc eſt *imago rei ſculptæ*; & in plurali γλυπτὰ, Levit. 26. Imo hoc idem vocabulum פסל *peſel*, repetitum 2. Paralip. 34. initio verterunt γλυπτὰ & εἴδωλα, Eſaiæ autem 40. *Imaginem.* פסל נסך חרש *peſel naſac charaſch*, An ſculptile conflavit artifex? μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων. *An imaginem fecit faber?* Quin & ipſe Hieronymus in vulgata tranſlatione vocem פסל *peſel*, idolum vertit, Eſai. 44. qui locus à Domino Valentino citatus fuit, *plaſtæ idoli* (יוצרי פסל) *omnes nihil ſunt:* ut & 2. Paral. 33. ſub finem, ubi ſequutus eſt græcos. Et alibi, ubi eos non ſequitur, in plurali tranſtulit *Idola*. Deut. 12. & Eſai. 4. *Simulachrum.* Sic Lucas Act. 7. *Idolum* appellat vitulum conflatum in Horeb. Tunc fecerunt vitulum, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ. Paulus etiam, 1. Cor. 10. Idololatras appellat, eos qui proſtrati vitulum adorarunt & coluerunt. Hæc eſt hoc loco *Idoli* ſignificatio, in qua, ſtatua, imago, idolum, pro eodem ſumuntur; quod ideo hic moneo, ne quis deinceps hanc urgeat differentiam, quod omne idolum ſit imago, ſed non omnis imago ſit idolum.

Sequitur, *nec ullam ſimilitudinem*. Similitudo Hebraice תמונה *temunah* dicitur, græce ὁμοίωμα, & de imagine etiam intelligitur. Itaque non male quis verteret, *ne facias tibi ſculptam imaginem, nec ullam aliam cuiuſcunque generis illa ſit*. In pari enim ſententia græcum ὁμοίωμα Hieronymus vertit *Imaginem*, Iſai. 40. ubi dicit, *aut quam imaginem ponetis ei?* καὶ τίνι ὁμοιώματι ὁμοιώσατε αὐτὸν; legitur hebraice דמות *demut*, quæ vox ſimilitudinem aut repræſentationem ſignificat. Sic etiam vertit Eſai. 44. ubi dicit, artificem *feciſſe imaginem viri*. Ebraice דומת demut, *ſimilitudinem*. Vt Deut. 4. v. 4. ubi etiam vertit *imaginem*. Quod dicitur Geneſ. 1. *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, בצלמנו בדמותנו *betſalmenu cidmutenu*, κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, paulo poſt repetitur per ſolam imaginis vocem, ut cap. 9. tam in græco quam in hebræo, & initio 5. per ſolum nomen ſimilitudinis דמות *demut*. Vbi tamen græci verterunt *imaginem*. κατ᾽ εἰκόνα; unde liquet eos pro una & eadem re, imaginem & ſimilitudinem accepiſſe. Sic vocem צלם *tſelem* quam hic εἰκόνα verterunt, alibi ὁμοίωσιν ſimilitudinem interpretati ſunt, eoſque ſequutus Hieronymus. Idola autem intelligi imaginis nomine,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

adhuc clarum eſt, ex collatione librorum Regum & Chronicorum. Nam̃ 4. Reg. 11. ubi legitur צלמיו *tſalmaiu* imagines ejus, templi nempe Baal, fregerunt vel confregerunt, ſedulo; Græci dixerunt εἰκόνας αὐτȣ͂. 2. autem Chronic. 23. loco *imaginis*, ſcribunt τὰ εἴδωλα αὐτȣ͂ ἐλέπτυναν, *& idola eius comminuerunt*. quod Hieronymus vertit *ſimulachra*, ubi tamen vox eadem hebræa habetur. Quod alia voce hebræa expreſſum in ſimili ſententia, מצבה *matſebah* 4. Reg. 3. 10. & 18. quam græci verterunt ϛήλας Hieronymus *ſtatua*, quæ eadem vox eſt, qua vertit vocabulum צלם *tſelem*, εἰκὼν *imago*, Dan. 3. & Num. 3. ubi agitur de iis confringendis. Vnicum adhuc proferam ex Veteri Teſtamento teſtem, Ezechielem cap. 16. qui poſtquam dixiſſet, *feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis*, poſtea eaſdem *idola* vocat, גלולי תועבתיך *gilulei toabotaic*, Hieronymus, *Idola abominationum*. Vbi verum eſt græcos vertiſſe ἐνθυμήματα. Sed cap. 18. etiam verterunt εἴδωλα. Vtinam autem, ut id obiter dicam, attenderetur ad illud cap. 16. Ezechielis; certe paria iis quæ noſtris imaginibus facimus, inibi reperirentur reprehenſa.

In Novo Teſtamento Rom. 11. quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

citatur ex 3.Reg.c.19. *Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.* In textu græco proprie legitur, *coram imagine Baal*, τῇ βάαλ, id eſt, τῇ εἰκόνι βαάλ. ut 1. Reg. 7. τὰς βααλεὶμ, id id τὰς εἰκόνας, vel τῇ στήλῃ, καὶ τὰς στήλας, quomodo exprimitur 4. Reg. 3. & 19. ut etiam vertit S. Hieronymus Iud. 10. καὶ ἐλάτρευσαν τὰς βααλεὶμ καὶ τὰς ἀσταρὼθ, & coluerunt idola Baalim & Aſtaroth. quod proprie verti debuerat per voces *Imaginis Baalim & Aſtaroth*. Ipſe etiam vitulus in Horebo conflatus, ut dictum eſt, appellatur ſimilitudo vituli, eadem voce qua hic ὁμοίωμα, hebraice תבנית *tabnit*. Pſal. 105. *& mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.* Quo reſpexit Paulus Rom. 1. ubi de idololatris gentilibus dixit, quod *mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem mortalis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium.* Prohibentur itaque imagines, cum prohibeantur ſimilitudines quæ ſunt imagines.

Additur, *eorum quæ in cœlo ſunt ſurſum, aut in terra deorſum, aut in aquis infra terram.* Hoc aliquo modo explicatur Deut. 4. ubi enumerantur aliquæ ſpecies eorum quæ ſunt in cœlo, nempe aves, ſol, luna, ſtellæ, & alii *exercitus cœli*, ut vocantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

cantur. Enumerantur etiam quædam ſpecies eorum quæ ſunt in terra, nempe maſculus & fœmina, beſtiæ, jumenta, & alia quæ repunt. Denique ſpecies quædam eorum quæ ſunt in mari, ut piſces. Talium ergo Deus prohibet fieri imagines ad cultum. Sequitur enim, *in hoc ut eis te incurves vel ſervias*. Hic paululum recedo à dictionibus hebraicis, tam in Exodo quam in Deuteronomio; ſed tamen ſenſum explico, quod ex initio cap. 26. Levitici apparet. In Exodo igitur & Deuteronomio hebraice habetur לא תשתחוה *ló tiſchtachaveh*, Græce οὐ προσκυνήσεις, quod latine vertere ſolemus *adorare*, quam vocem etiam Gallice retinuimus, ad cujus vocis ſignificationem declarandam paululum immorabor, ut lucis aliquid afferam. Perſpicue autem oſtendam, vocem illam, *adorare*, ſignificare idem quod proſternere ſe, incurvare, aut aliquo geſtu corporis teſtari reverentiam & honorem, ut genu flectendo ſeu adgeniculando, vel procidendo coram aliquo, aut ſe inclinando, vel etiam manum oſculando; aut manus jungendo, munus offerendo, aut dum loquimur caput aperiendo, (ut enim opertum caput ſignum eſt libertatis, ſic apertum, ſubjectionis) aut talem aliquem geſtum uſurpando, pro uniuſcujuſque

regionis & loci conſuetudine, qua utuntur qui reverentiam exhibent. Quemadmodum Pſal. 95. juxta hebræum textum, tres reperiuntur diverſi modi exhibendi reverētiam. נשתחוה ונכרעה נברכה לפני יי *niſchtachaveh venicraáh nibrecah liphnei Iehova*, id eſt *proſternamur*, *incurvemus nos*, *genu flectamus*, *coram Domino*, &c.

Vt ergo quod antea dictum eſt probem, teſtes adducam græcos interpretes, qui idem verbum hebræum סגל *ſagal*, in uno & eodem cap. 40. Eſaiæ, ſemel προσκυνεῖν, alias κάμπτειν verterunt, id eſt incurvare ſe. Item Marcum Euangeliſtam, qui ubi Matth. cap. 8. de leproſo dicit προσεκύνει αὐτῷ, utitur verbo γονυπετεῖν, *genu flectere*. Marc. 5. & Lucas cap. 5. πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον, procumbere in faciem. Item, quod idem Matth. cap. 15. dicit de Chananæa προσεκύνει αὐτῷ, *adorabat eum*, Marci 7. legitur, προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, *decidit ad pedes eius*. Geſtum hunc etiam in verbo προσκυνεῖν eſſe intelligendum ſatis indicat Lucas, cap. 4. qui pro eo quod Matt. 4. legitur ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, tantum habet, ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, tacito *procumbendi* vocabulo. Quod etiam ita intellexit autor ſermonis de tentatione & jejunio, in operibus Cypriani, cum verba Euangeliſtæ ſic expreſſit, *ſi procidens adoret*

tanti

tanti culminis largitorem. Sed ut melius adhuc perſpiciamus, quid ſignificet *aliquem adorare*, revertendum nobis eſt ad verbum Hebræum השתחוה *hiſchtachavah*, ut expendamus quomodo cum aliis dictionibus conjunctum, in ſententiis completis intelligatur. Aliquando & ſæpiſſime, ſimpliciter jungitur illi dativus caſus, ut verbo græco προσκυνεῖν; ut ſi aliquis gallice diceret, *ie m'encline ou courbe à toy*, id eſt, *incurvo me tibi.* Aliquando ſequitur præpoſitio על *al*, quæ ſignificat *coram*, quaſi quis diceret, *incurvo me aut inclino coram te.* Aliquando לפני *liphnei*; quæ vox ipſa eſt quæ *coram* proprie ſignificat. unde cum alicubi legimus, adorare aliquem, aut incurvare ſe alicui, non poſſumus reprehenſioni ſubjacere, ſi dicamus, idem eſſe ac ſi quis diceret, *incurvare ſe coram aliquo.* Exempli gratia, ubi textus græcus habet 3. Reg. 19. quod repetitur Rom. 11. *qui non genu flexerunt imagini Baalis*, omnes latine dixerunt, *qui non flexerunt genu coram Baal.* Aliud exemplum. Quod Ierem. 22. dicit in dativo caſu, וישתחוו לאלאים אחרים *vaiiſchtachavu leelohim acharim*, προσεκύνησαν τοῖς ἀλλοτρίοις, incurvarunt ſe diis alienis, de Amaſia dictum legimus cum voce לפני *liphnei* 2. Paral. 25. ולפניהם ישתחוה *veliphnehem iiſchtachaveh.*

veh. καὶ ἐναντίον αὐτῶν προσεκύνει, & incurvavit ſe coram diis alienis. Et cum præpoſitione על *al*, Levit. 26. quæ voces ſignificant *coram*. Similiter Lucas cap. 4. dixit, ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιον μου, quod Matth. dixit ἐὰν προσκυνήσῃς μοί. Itaque incurvare ſe, procumbere ad pedes, aut aliquo geſtu corporali reverentiam teſtari, coram imagine, hic prohibetur.

Si quis mihi objiciat, ex 44. Eſaiæ, & loco Levit. 26. allegato conſtare verba *adorandi*, vel *incurvandi*, continere etiam aliquid cultus & honoris divini. Quod enim in Exodo duabus vocibus *adorandi* & *ſerviendi* ſignificatur, in Levitico uno verbo exprimitur *adorandi*, quod alia duo continet. Pariter apud Matth. hæc ſententia, *ſi me vis adorare*, tantundem valet ac ſi diceret, *ſi me vis adorare & ſervire*; quod ex reſponſione Chriſti ad Satanam apparet, non enim aliter reſpondiſſet appoſite conditioni à Satana oblatæ. Sic etiam intellexit Sermo, cujus antea meminimus, de tentatione & jejunio, *ut*, inquit, *adores Diabolum, & eum pro Deo tuo conſtituas*. quod etiam in loco ſupra allato ex 2. Paralip. 25. videri poteſt, in his verbis, *Amaſias allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit eos in Deos ſibi, & adorabat eos, & ipſis adolebat incenſum*. Paulus Rom. 14. his

his verbis *flectetur mihi omne genu*, utitur pro divino cultu & adoratione, ſicut & II. cap. *qui non flexerunt genu imagini Baalis.* Addendum etiam illud Matt. *Deum tuum adorabis*, quod citat ex Deuteronomio, ubi in hebræo & græco, pro *adorandi* verbo, eſt verbum *timebis.* Timor autem ille ad Deum pertinet. Vnde ſequitur talem adorationem aliquid continere quod ad divinum cultum pertinet. Si, inquam, hoc mihi aliquis objiciat, Reſpond. hoc conceſſo, cum mandatum duas partes continens ſit copulativum, & duæ illæ partes dicantur de honore divino, prima non minus prohibita erit quam ſecunda. Itaque non licet imaginem adorare, aut ei reverentiam exhibere, cum ita ei imputetur & aſſignetur aliquid quod ad Deum pertinet ſolum, in hoc mandato.

Nunc explicanda ſunt hæc verba, *& ſervias.* In græco legitur λατρεύσῃς αὐτοῖς. Multi exiſtimant vocem illam *latria*, cultum ſignificare ſoli Deo debitum, quem neq; hominibus, neque imaginibus deferre liceat, ſed adorationem duliæ, quam dicunt hominibus & imaginibus convenire. Quibus reſponſum fuit, ſed aliquid addendo, dico perſpicuum eſſe ex ſcriptura δουλεύειν etiam de Deo dici, non de hominibus tantum, ut Pſal. 2. ubi græce habetur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tur, δουλεύσατε τῷ κυρίῳ, *ſervite domino.* & 1. Theſſ. 1. *ad ſerviendum Deo vivo*, ubi græcum habet δουλεύειν Θεῷ ζῶντι. Sic etiam tres pueri ex fornace egreſſi, à Nabuchodonoſor vocantur δοῦλοι θεοῦ, & paulo poſt παῖδες θεοῦ, hoc eſt *ſervi Dei.* λατρεύειν etiam de Idolis dicitur, Exod. 20. Dan. 3. & Rom. 1. & in δουλεύειν mutatur Ierem. 22. contra τὸ δουλεύειν primæ ad Theſſal. mutatur in λατρεύειν Hebr. 9. Vnde apparet δουλεύειν & λατρεύειν eſſe ſynonyma, & ſignificationem habere communem. Imo λατρεύειν de hominibus dicitur, ubi de Deo nullus ſermo eſt, Deut. 28. καὶ λατρεύσεις τοῖς ἐχθροῖς σου, & ſervies inimicis tuis. & Levit. 22. ſervile hominis opus dicitur ἔργον λατρευτόν. Hinc eſt quod unicum vocabulum hebræum, ad utrumque ſignificandum uſurpatur, nempe עבד *abad.*

Sequitur in textu, *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, &c.* Hæc clauſula addita eſt, ut nos avertat ab idololatria & imaginum adoratione, quia Deus minatur, adeo graviter ſe puniturum Idololatras, imaginum adoratores, & tot bona gratuito promittit iis qui à tali Idololatria erunt alieni. Hanc comminationem fateor etiam adverſus aliorum mandatorum infractores, executioni mandari; hic nihilominus expreſſe ponitur, ut

indi-

indicetur quam diſpliceat hoc peccatum Deo; quemadmodum promiſſio dies ſuos prorogandi in terra promiſſa, quæ impletur etiam poſt impletionem aliorum mandatorum, inſeritur tamen in decalogo, poſt mandatum de honorandis parentibus. Præterea ut nos magis abſterreat, conſideranda ſunt verba quibus utitur. Quis ſubditus non ſibi valde metueret, ne in regis ſui iram incurreret? magis adhuc, ipſius Regis ore condemnari, ita ut in ſententia lata diceretur, quod regis oſor eſſet? At in hac comminatione Deus aperte pronunciat imaginum adoratores eſſe oſores ſuos; unde nihil boni ab eo ſperare poſſunt, ſed ſententiæ executionem metuere.

Hæc ſunt, Domina, quæ paucis adduci debere judicavi ad explicationem mandati illius. Iuxta quam, cum non liceat adorare imagines, ne quidem adoratione, quam vocant, *duliæ*, nec id quod repræſentant, genu flectendo coram illis, non certe collocari debent in locis, in quibus ad adorandum eas quis incitari poſſit. Verum eſt enim dictum Auguſt. in Pſal. 113. homil. 2. multum honoris ac majeſtatis conciliare ſtatuis, quando in templis collocantur, quia partim loci dignitate, partim autoritate dedicantium,

ſuſpi-

ſuſpicari homines incipiunt, in his divini quippiam latere, *Ducit enim*, inquit, *& affectu quodam infirmo rapit infirma corda mortalium formata ſimilitudo, & membrorum imitata compago.* Quod ibidem pluribus perſequitur. Novi plurimas objectiones in contrarium fieri; ſed qui conſiderabit ſolutiones quæ ab aliis fuerunt expoſitæ, forte in eis acquieſcet. Vna fuit, aliud eſſe imaginem adorare, aliud adorare coram imagine, illud prohibitum eſſe, hoc non item. Sed phraſis, ut oſtenſum fuit hanc diſtinctionem non patitur. Reſponſum etiam fuit Iſraëlitas non tantum adoraſſe figuram vituli, ſed præcipue Deum in vitulo repræſentatum, qui tamen Idololatriæ rei fuerunt. Hoc ita eſſe manifeſtum eſt, quia Aaron populum invitat ad feſtum, ita ut non dicat craſtina dies feſta erit vitulo, ſed cras erit feſtum ליהוה *ladonai*, ubi utitur vero & proprio Dei nomine, eoque incommunicabili. Dicuntur nihilominus ſacrificaſſe vitulo, quod mihi idem eſt, ac ſi dictum eſſet Deo in imagine ſua, quam per vitulum informaverant. Neque enim populus ille, vel præſertim Aaron, adeo brutus fuit & imperitus, ut neſcierit vitulum illum, ante oculos eorum nuper fuſum ex auro & argento, non potuiſſe illum eſſe Deum,

qui

qui Iſraëlitas eduxerat ex Ægypto, cum nondum eſſet conflatus vitulus.

Soluta etiam fuit objectio, *quod imagines ſunt libri idiotarum.* Cui hoc adjiciam, ſi Epiſcopi & Curiones verbum Dei prædicarent, ut ex officio tenentur, populus melius inſtrueretur concionibus eorum, quam imaginibus. Serviunt præterea idiotis, librorum loco, ceremoniæ & debita ac legitima Sacramentorum adminiſtratio, quæ in Novo Teſtamento expreſſe commendantur. Nonne Paulus Galat. 3. dicit, per Euangelii prædicationem, Chriſtum fuiſſe in oculis Galatarum depictum? Præterea, ut teſtimonium de Deo accipiamus, doceamur, & in ejus cognitionem veniamus, ablegant nos David, Pſal. 18. Paulus Rom. 1. & apud Lucam Act. 14. ad creationem, gubernationem, & conſervationem hujus mundi, tanquam ad optimum librum omnium. Hos ſequutus eſt Athanaſius in lib. contra gentes, *Quando*, inquit, *vivus homo te non permovet, ut agnoſcas Deum, quomodo id faciet homo ligneus?* Vlterius pergit & dicit, *Quum facitis imagines ut intelligatur & cognoſcatur Deus, rem indignam facitis.* Hinc patet Athanaſium, qui ante mille ducentos viginti vel triginta annos floruit, non credidiſſe imagines commodas

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

eſſe Idiotarum libros. Clemens in quibuſdam locis ad Iacobum fratrem Domini, *Si bene vultis*, ait, *honorare imaginem Domini, homini qui ad imaginem Dei factus eſt bene faciatis, honorem & reverentiam deferatis &c.* Nec longe abſcedit Ambroſ. in Pſal. 118. Serm. 10. Auguſt. in Pſal. 113. *Neminem orare vel adorare ſic intuentem ſimulachrum*, ſentit, *qui non afficiatur, ut vel ab eo ſe exaudiri putet, vel ſibi præſtari quod deſideret.* Et lib. 4. de civit. Dei cap. 9. & 31. dicit, eos *qui primum Deorum ſimulachra erexerunt, & metum dempſiſſe, & errorem addidiſſe.*

Vt quis à ſtudio fabricandi & adorandi imagines abducatur, videatque ad quid uſui ſint, legat ſolum, Sap. cap. 13. & 14. & 15. Eſaiæ 44. & 45. Ierem. 10. Baruch. 6. & quibus infamiæ nominibus ſcriptura eas dehoneſtet, quæ aliquando eas appellat *abominationes*, ſæpe *mendacia*, alibi, *vana rerum*, non raro, *nihil*, & eas ſimilibus ſæpe titulis deteſtandas exhibet. Nec in hiſtoriis reperiuntur publice in templis receptæ communi conſenſu, niſi in ſexto generali concilio Conſtantinopolitano circa annum 680. Sed id diu non duraſſe ex eo apparet, quod Zozimus Papa, triginta quinque poſt annos, uſum prædictum imaginum confirmavit in

templis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

templis, curavitque depingi in porticibus ædis Petri. Quæ tamen confirmatio diu firma non fuit, quia poſt xv annos Leo Imperator Bizantii Concilium 330. Epiſcoporum convocavit; in quo decretum fuit, imagines è templis ejiciendas & comburendas eſſe. Quod indigne ferens Gregorius tertius Papa, duobus aut tribus poſt annis, aliud concilium Romæ habuit, cum prælatis Italiæ, præcedenti contrarium, in quo ſtatutum fuit, imaginibus deferendum eſſe honorem, lataque fuit excommunicationis ſententia in Leonem Imperatorem, & Anaſtaſium Conſtantinopolitanum Patriarcham. Sed exactis annis triginta Conſtantinus ſtrenuus Imperator, aliud concilium indixit Conſtantinopoli multorum Epiſcoporum, in quo iterum ſtatutum fuit, Imagines è templis eſſe ejiciendas. Quod cum diſplicuiſſet Irenæ viduæ, illa ab Adriano Papa inſtigata, Niceæ aliud convocavit Concilium trecentorum quinquaginta Epiſcoporum, qui imagines in templis collocandas & adorandas decreverunt, circa annum Domini 790. Sed filius ejus Conſtantinus decretum illud confeſtim revocavit, adverſus quod etiam, non multo poſt tempore, Carolus magnus Francofurti indixit concilium Epiſcoporum Galliæ &

Ger-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Germaniæ, ubi ejus nomine editus fuit optimus de ea re liber. A quo tempore Epiſcopi & Parochi adeo negligenter ſe geſſerunt, quod hodie non ſolum adoramus imagines in templis, ſed etiam hominum humeris impoſitas, in publicis ſupplicationibus circumgeſtamus, incenſum eis adolemus, in confraternitatum inſignibus depingimus, & ſimiles aut majores etiam eis deferimus honores, iis quos diis ſuis Ethnici detulerunt. Ecce, Domina, qualis uſus Imaginum fuit, uſque ad Concilium VI. generale Conſtantinopolitanum, & ab illo tempore ad hunc uſque diem, quo adorantur contra expreſſum Dei mandatum, quod cum pars ſit decalogi, vim ſuam etiamnum retinet, & uſque ad finem mundi retinebit.

Quicquid hodie diſſeruimus de Imaginibus eo tendit, ut tria demonſtremus.

1. eſt, Non licere Deum pingere, ullo modo, nec ullo loco.

2. Imaginum uſum in Chriſtianorum Eccleſiis non eſſe tolerandum.

3. Quod etſi tolerari poſſent, nullus tamen honor vel cultus eis eſſet deferendus.

Hujus doctrinæ duo habemus fundamenta, nempe mandatum Dei ſæpius in tota Scriptura Veteris Teſtamenti repetitum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

titum, quod abrogari non debuit; & uſum veteris Eccleſiæ, per annos circiter quadringentos poſt nativitatem Domini.

Quod ſpectat locos Scripturæ Sacræ nolumus hanc injuriam facere iis qui nobiſcum de ea materia collationem inſtituerunt, ut exiſtimemus opus eſſe ut iis notentur, quaſi ignorarent ubi reperiantur, nec aliter ipſis occurrere poſſint.

Ad ea vero quæ ex veteribus adferri poſſunt, Clemente nempe, Irenæo, Tertulliano, Cypriano, Arnobio, Epiphanio, Chryſoſtomo, Baſilio, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & ſimilibus; præter id quod non dubitamus ea ſatis eſſe nota Dominis collocutoribus; rationi conſentaneum judicamus, ſi velint nos ipſis communicare quæ collegimus, idem etiam nobis præſtent, ut utrimque parati ad reſpondendum accedamus. Quod ſi minus placeat, ſperamus proximo die Veneris nos allaturos libros, in quibus utraque pars inquiſitura eſt veritatem, in omni timore & reverentia Dei, ſi modo hanc nobis largiri velit gratiam.

Conſilium Picherelli.

Optimum videretur primo, monere ne quis privatus, autoritatem publicam uſurparet reformandi abuſum imaginum,

ſed

ſed ut expectent omnes, donec Rex ipſe provideat ex conſilio & autoritate Eccleſiæ, interea nullæ amplius erigantur imagines ſine Epiſcopi permiſſione.

2. Vt è cordibus hominum tollatur abuſus, juxta conſilium Auguſt. priuſquam è templis ejiciantur & aliis locis publicis, injungatur paſtoribus, Epiſcopis, curatis, vicariis, ut ſæpe prædicent, moneantque auditores ſuos in diœceſibus & parochiis, imagines à veteribus in Eccleſiis tantum fuiſſe admiſſas ad inſtructionem & repræſentationem beneficiorum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ei gratiæ haberentur, & Chriſtiani memoriam recolerent Sanctorum & Sanctarum, eoſque ſibi imitandos proponerent.

3. Cum imagines dictæ fuerint libri idiotarum, petatur ut imagines quæ offendiculum præbent plane tollantur, quales ſunt imagines Trinitatis, quacunque ratione figurata ſit; multorum etiam Sanctorum quæ inhoneſtæ ſunt, & portentoſæ, neque reſpondent iis quæ de ipſis leguntur, quorum etiam vitæ ab Eccleſia rejiciuntur, tanquam apocryphæ.

4. Aliæ omnes imagines præter ſimplicem crucem ab altaribus removeantur, & collocentur vel in parietibus aut columnis, vel locis talibus in quibus non poſſint amplius

amplius adorari, coram eis genu flecti, cani, incenſum adoleri, ſalutari, oſculari, veſtibus ornari, ſerta, corollæ, vota, & oblationes offerri; quod etiam cruci non eſt exhibendum. Non amplius circumgeſtentur per vicos, & templa; humeris hominum impoſitæ, aut manibus elevatæ, aut haſtilibus affixæ, quod fit in confraternitatibus; cum tamen nuper id prohibuerit concilium Senonenſis Diœceſis habitum Lutetiæ Pariſiorum. Idem fiat imaginibus, in publicis locis expoſitis, in quadriviis, in agris & arboribus.

Ex Hiſt. Iac. Auguſti Thuani lib. XXVIII. anno cIↃ IↃ LXII. pag. 61. edit. Pariſ. in folio.

Ibidem ad Germani fanum utrimque de imaginum cultu conſultatum fuit, & Reginæ iuſſu ex Valentini & Sagienſis Epiſcoporum, Butillerii, Eſpencæi, & Picherelli Theologorum conſilio, hæc capita propoſita fuerant; ut quando potius ex animis hominum quam ex templis aliiſque locis, iuxta B. Auguſtini ſententiam errores eradicandi ſunt, epiſcopi dent operam per Curiones, ut plebs de recto earum uſu ſedulo moneatur, & ita omnis offenſionum occaſio regia conſtitutione, accedente Eccleſiæ autoritate, præcidatur; cui ſi quis repugnaverit, tanquam quietis publicæ regiorumque edictorum violator, plectatur. In primis, ex templis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

plis aliiſque locis, tam publicis quam privatis S. Trinitatis effigies tollatur, tanquam Sacra Scriptura, conciliis, & veterum Patrum teſtimoniis prohibita, & tantum diſſimulatione, ac præſulum & paſtorum ſegnitie tolerata. Idem de aliis profanarum perſonarum aliorumq; de quibus martyrologiorũ in Eccleſia receptorum fide minime conſtat, laſcivæque & minus honeſtæ formæ, ac brutorum imaginibus, dictum intelligatur; non iis coronæ, ſerta, veſtes imponantur, nõ thura incendantur, non candelæ accendantur, in ſupplicationibus minime geſtentur, non vota & oblationes ad eas fiant, aut genu flexo colantur; & quia hæc omnia pars adorationis ſunt, ex altaribus, excepto venerabili S. crucis ſigno, prorſus tollantur, & in parietibus aut pro valvis templorum ſtatuantur, ita ut deinceps neque ſalutentur, neque oſculo impreſſo, votiſque aut donariis colantur, feretra item humeris per vicos & in templis circumferri poſita, & baculi, ſicut nuper Senonenſi concilio cautum eſt, omnino aboleantur.

Hæc ille. Ex quibus conſtabit, ubi, qua occaſione, & quo ſucceſſu, diſſertationem ſuperiorem habuerit autor. Nempe, poſtquam dimiſſo conventu, Regis mater ad ſe nonnullos moderatiores advocaſſet, qui cum Miniſtris colloquerentur, tentarentque num in quibuſdam convenire poſſent. Inter quos fuit hic Petrus Picherellus, quod tamen conſilium, irritum fuit, Maillardi Sorbonici & aliorum artibus.

PETRI

PETRI PICHERELLI
IN COSMOPOEIAM,
ID EST,
MVNDI CREATIONEM,
ex Geneſ. I. II. III. *&* V. *Cap. Paraphraſis, non procul à contextu Hebraico recedens.*

Cap. I. *verſ.* I.

QVo [a] extiterunt I. * initio cœlum & terra, eo Deus illa creavit. 2 Nam [b] quum terra eſſet inanis [c] & vacua, tenebræque abyſſum obtegerent, & Spiritus Dei aquis [d] velut involitaret, 3 dixit Deus: [e] Exiſtat quædam lux. Extitit igitur illa lux: 4 (Præviderat [f] autem Deus illam fore bonam) & hanc à tenebris diſcrevit, illamque appellavit Diem, iſtas autem Noctem. [g] Atque ita primi veſpertinum diei & matutinum extiterunt. 6 Deinde II. † dixit Deus, Exiſtat [h] quoddam extentum inter aquas, id

 eſt,

* *Primus dies.* † *Secundus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

eſt, quod aquas quæ ſub ipſo, ab a-
quis quæ ſuper ipſum futuræ ſunt,
diſiungat. 7 Fecit igitur illud exten-
tum, quod ſic aquas diſiunxit. Sic,
inquam, extitit: 8 & extento indidit
Deus nomen Cœli. Atque ita ſecun-
di diei veſpertinum & matutinum ex-
titerunt: 9 ſed i poſtquam tamen
Deus etiam dixiſſet in unum congre-
garent ſe locum quæ ſub extento e-
rant aquæ, & ſiccum appareret, ſic-
que extitiſſet: 10 & ſiccum illud ap-
pellaſſet Deus Terram, aquarum ve-
ro congregationem, Maria. (Prævi-
derat autem Deus illud fore bonum.)
11 Præterea III. * dixit Deus, Produ-
cat terra plantas, herbas ſemen fe-
rentes, & arbores fructus, id eſt, fru-
ctum facientes: utraſque juxta ſuas
ſpecies, quarum ſemen ſit in ipſis ſu-
per terram. Sic igitur extitit. 12 Nam
terra plantas produxit, herbas juxta
ſuas ſpecies ſemen ferentes, arboreſ-
que fructum juxta etiam ſpecies ſuas
facien-

* *Tertius.*

facientes, quarum ſemen utriſque in ipſis erat. *Cap.* 2. 8. Nominatim vero hortum amœniſſimum, quem Paradiſum vocant, plantans IOVAS Deus in [k] Edena Orientem verſus, 9 omnis generis arbores [l] aſpectui jucundiſſimas, & ad eſum optimas, & inter eas [m] in medio horto [n] arborem vitæ, [o]. *Cap.* 3. 3. aliamque ad boni & mali diſcretionem arborem ex terra produxit. 10 Ad quem [p] fluvii ex ipſa Edena egrediebantur irrigandum: qui ex eo dividebantur, [q] primarii, inquam, quatuor illarum regionum fluvii. 11 Quorum primo nomen eſt Phiſoni: qui totam Hevilæ regionem, in qua naſcitur aurum, circuit, 12 illudque præſtantiſſimum. Inveniuntur etiam ibi Margaritæ & Onyches, gemmæ. 13 Secundo, Gehoni: qui totam Chuſæ regionem obit. 14 Tertius appellatur Tigris, qui in [r] conſpectu fluit Aſſyriæ. Quartus vero fluvius, Euphrates eſt *Cap.* 1. 12. (Præviderat autem Deus illud fore

bonum.) 13 Atque ita diei tertii ve-
ſpertinum & matutinum extiterunt.
14 Ad hæc IV. * dixit Deus, Exiſtant
in extento cœlo luminaria, quæ diem
à nocte ſecernant, & quibus ſigna,
tempora, dies, & anni dignoſcantur:
15 quæ ſint etiam in eo in luminaria,
nempe ut ſupra terram luceant. Sic
igitur extitit. 16 Nam magna illa duo
luminaria, & ipſas ſtellas fecit Deus:
alterum altero majus, quod diei: al-
terum altero minus, quod nocti præ-
eſſet: 17, 18. illaque omnia ut ſupra
terram lucerent, diei inſuper & nocti
præfutura, & lumen à tenebris diſ-
cretura, in extento cœlo collocavit.
(Præviderat autem illud fore bonum
Deus.) 19 Atque ita quarti diei ve-
ſpertinum & matutinum extiterunt.
20 Poſtea V. † dixit Deus, Abunde
producant aquæ ſ natatilia animan-
tia: & volatilia quoque ſupra terram
ſub extento cœlo volent. 21 Creavit
igitur immania cete Deus, omniaque
animan-

* *Quartus.* † *Quintus.*

animantia natatilia (quæ abunde produxerunt aquæ) juxta eorum ſpecies, omniaque alata volatilia juxta etiam eorum ſpecies, (Prævideraт autem Deus hoc fore bonum) 22 eiſque benedixit in hæc verba, Fœtificate, & vos ita multiplicate, ut aquas maris impleatis. Similiter & volatilia ſe ſupra terram multiplicent. 23 Atque ita diei quinti veſpertinum & matutinum extiterunt, 24 ſed [t] poſtquam tamen etiam Deus dixiſſet terra animantia juxta ipſorum ſpecies produceret, nimirum jumenta, reptilia, & feras: ſicque extitiſſet. 25 Feras enim juxta ſuas ſpecies, jumenta juxta ſuas ſpecies, & omnia ſuper terram reptantia juxta etiam ſuas ſpecies fecerat Deus: quum hoc quoque bonum fore prævidiſſet. 26 Denique VI.* dixit Deus, Faciamus hominem [v] ad imaginem ſive ſimilitudinem noſtram, qui [x] ſua cum uxore creanda piſcibus maris, volucribus cœli, ju-

* *Sextus.*

mentis, & omnibus ſuper terram reptantibus, [y] breviter toti terræ dominentur. *Cap. 2. 7.* Plaſmavit igitur IOVAS Deus hominem è pulvere ex humo ſumpto, [z] & in nares ejus ſpiritum vitæ inſpiravit. Itaque extitit homo [A] animatus & vita præditus. *Cap. 1. 27.* Creavit, inquam, Deus hominem ad imaginem ſuam, ad ſuam Dei imaginem illum creavit, *Cap. 5. 2.* eique Adami nomen impoſuit: *Cap. 2. 8. 15.* & à ſe ſic plaſmatum in Edenæ horto ſeu paradiſo ſupra memorato, ipſum culturum & conſervaturum locavit, [16] hoc interdicto ab IOVA Deo ipſi homini addito, Ex quavis horti arbore omnino placet edas, [17] modo ne ex ea quæ ad boni & mali diſcretionem eſt. [B] Quum primum enim ex hac ederis, morti, [C] nulla veniæ ſpe, eris obnoxius. [19] Ad quem fecit poſtea IOVAS Deus, ut à ſeipſo plaſmatæ è terra [D] omnes agrorum beſtiæ, omneſque cœli volucres, convenirent, quid nominis eis imponeret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ret diſpecturum: utque quicquid ipſis
animantibus nominis inderet, il-
lud eis nomen perſeveraret. 20 No-
mina igitur omnibus homo jumen-
tis, volucribus cœli, & feris impo-
ſuit. At vero cum ſibi Adamus E ad-
jutorium, quod ſibi ſimile, ſibi præ-
ſto adeſſet, non inveniret, *Cap. 2. 18.*
IOVAS Deus dixit, Homini, ut ſo-
lus maneat, nequaquam bonum eſt.
Ea propter ei adjutorium faciam
quod ei ſimile, præſto ei aderit. 21 Fe-
cit igitur IOVAS Deus, ut profundus
hominem ſopor invaderet, obdor-
mientiſque unam ex coſtis deſum-
pſit, & deſumptæ locum carne con-
cluſit: 22 atque ex ea quam ſumpſe-
rat coſta F mulierem ipſe IOVAS
Cap. 1. 27. ad ſuam quoque conſtruxit
imaginem. *Cap. 2. 22.* Quumque ea ad
hominem ut veniret, feciſſet, 23 Iam
G nunc, inquit homo. H Os ea eſt ex
oſſibus meis, & ex carne mea caro.
Propterea I Vira nominabitur, nem-
pe quia ex viro deſumpta eſt. 24 Eam
L 4 etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

etiam ob cauſam K (inquit Deus) patre ſuo maritus matreque poſthabitis, & velut relictis, uxori ſuæ quaſi L conglutinatus adhæreto, M & ambo corpus N unum ſunto. *Cap.5.2.* Atque O eam Deus ob id ipſum Adamæ nomine donavit. *Cap.3.20.* Addidit etiam Adamus uxori ſuæ nomen Hevæ: quippe quæ omnium futura mater eſſet ingreſſurorum in vitam hominum. *Cap.1.27.* Poſt hæc eis ita creatis, nempe maſculo & fœminæ, 28 benedixit Deus, his verbis, Fœtificate, & vos ita multiplicate, ut terram impleatis: eam vobis ſubjicite: piſcibus maris, volucribus cœli, & omnibus ſuper terram beſtiis reptantibus dominemini. 29 Addiditque, En omnes herbas ſuper univerſam terram ſemen ferentes, omneſque arborum fructus pomiferarum, ſemen continentium & ferentium, do vobis in cibos: 30 cunctis etiam terræ beſtiis, cunctis cœli volucribus, & cunctis ſuper terram reptantibus, illis, inquam.

quam, vita præditis, do in cibos o-
lera. Sic igitur extitit. 31 (Prævide-
rat autem Deus [P] quicquid hic cir-
ca hominem fecit, [Q] proculdu-
bio perbonum fore.) Atque ita diei
ſexti veſpertinum & matutinum ex-
titerunt *Cap. 2. 1.* Abſoluta igitur ſic
fuere cœlum & terra, [R] omneſ-
que eorum exercitus: 2 ſeptimo au-
tem VII.* die Deus operibus, quæ
ille ipſe fecerat, perfectis, die,
inquam, ſeptimo ab omnibus illis
quievit operibus. 3 [S] Ideoque ſeptimo
diei benedixit, [T] eumque ſibi conſe-
cravit: nempe quod in eo, ut [V] à ſuis
quoque conquieſcerent homines o-
peribus, & ipſum Deo conſecrarent,
ab omnibus quæ iſce creaſſet, operi-
bus quieviſſet. 4 Hi cœli & terræ fue-
re natales, quando creata fuerunt,
id eſt, quibus [X] terram & cœlum die-
bus fecit IOVAS Deus, 5 agrorum-
que omnes tum arbores, [Y] antequam
quæpiam in terra fuiſſet, tum herbas,

* *Septimus.*

antequam ulla germinaſſet. Nondum enim IOVAS Deus ſuper terram pluerat, necdum ullus qui eam coleret, fuerat. 6 z Porro vapores à terra exhalati, univerſam, in pluvias converſi, irrigabant terræ ſuperficiem.

PARAPHRASIS IN TERTIVM CAPVT.

SEd [a] ad Adamum & Hevam redeat narratio. *Cap.2.25.* [b] Quum igitur ambo nudi eſſent, homo nimirum ejuſque uxor, nec tamen in eo erubeſcerent: *Cap. 3. 1.* [c] inde ſerpens omnium ferarum, quas IOVAS Deus fecerat, verſutiſſimus, uxori [d] inter alia, verba hæc facit, Etiam Deum vobis omnium arborum eſu interdixiſſe? 2 Ex [e] quarumlibet horti arborum fructibus edendi libera nobis facta poteſtas eſt (reſpondet uxor:) 3 at illius fructum arboris, quæ medio horto eſt, [f] Ne, inquit Deus, comeſturi attingite, [g] ne forte morti ſitis obnoxii. 4 Imo certo certius morti

non

non eritis (ait) obnoxii: 5 ſed [h] ve-
ſtros, quum primum ex eo ederitis,
novit Deus oculos apertum iri, [i] voſ-
que ſimiles ſibi Deo futuros, bonum
videlicet diſcreturos & malum.
6 [k] Videns ergo uxor gratiſſimam eſ-
ſe oculis hanc arborem, ad edendum-
que optimam, quin & ad [l] haben-
dam intelligentiam, maxime optabi-
lem, ex ejus ſumpſit fructu, & edit:
ſed & marito, qui [m], ut ipſa ederat,
comederet, dedit: atque etiam co-
medit. 7 Tunc aperti fuerunt ambo-
rum oculi, & [n] ſe nudos eſſe cogno-
runt. Quamobrem conſutis à ſe ficus
foliis, ſubligacula ſibi fecerunt. 8 Sed
[o] quum Iovæ Dei vocem, ad diei [p]
ventum in horto ambulantis, audiſ-
ſent, ſe inter horti arbores ab ejus
conſpectu abdidit homo, unaque
cum eo uxor. 9 At hominem IOVAS
Deus inclamans, [q] Vbi, inquit, es tu?
10 [r] Et ille, Poſtquam tuam [ſ] antè
hanc in horto vocem audiſſem: tuum
conſpectum veritus, quod nudus
eſſem,

eſſem,me abdidi. [11] Ecquis (ait) tuam
tibi nuditatem [t] renuntiarat? [v] An
ex qua arbore te edere vetueram, e-
deras? [12] Ederam quidem, ait: ſed
[x] quam ipſam mecum mihi præſto
adfuturam poſuiſti mulierem, mihi
ex ea ad comedendum dederat. [13] Ibi
IOVAS Deus uxori, Quid eſt quod
feciſti! [y] Et quare faciebas? Cui u-
xor, [z] Quia ederam, ſed à ſerpente
circumventa. [14] IOVAS Deus ad ſer-
pentem converſus, Quia hoc feciſti,
[aa] maxime omnium animantium, et-
iam ferarum, maledicte perque omne
vitæ tuæ tempus [bb] humi ſerpture,
[cc] & pulverem eſure, [15] [dd] ob id ini-
micitias inter te & [ee] Mulierem ex-
citabo, [ff] interque tuum [gg] & illius
Semen: [hh] quod caput tuum conte-
ret, attrito interim ejus abs te calca-
neo. [16] Deinde ad uxorem, [ii] Effi-
ciam ut multi variique dolores tuos
conceptus comitentur, liberos etiam
[kk] magno cruciatu parituræ. Quin
& tua [ll] pendebit ex marito volun-
tas,

tas, imperium in te habituro. 17 De-
nique ad Adamum, Quia uxoris voci
obediens, ex qua arbore te edere ve-
tueram, comediſti: ob id, quandiu
vixeris, per laborem fructibus mm
maledictæ nn propter te terræ 18 oo
ſpinas interim & tribulos tibi produ-
cturæ, pp agrorumque herbis, veſce-
ris. 19 qq Naſi, inquam, tui ſudore
victum comparabis, dum in terram
redeas. rr Ex ea enim ſumptus es.
ſſ Id eſt, dum, ſicut pulvis es, in pul-
verem quoque revertaris. 20. *verſum* 20.
habes ſup. in Coſm. pag. 248. *lin.* 7. 21 Tunc Io-
VAS Deus Adamo, ejuſque uxori
tunicas fecit pelliceas: quibus quum
eos induiſſet, 22 tt En, ait homo uni
ex nobis, vv quatenus bonum diſcer-
nit & malum, ſimilis evaſit. xx Nunc
ergo, ne forte manu in arborem vi-
tæ immiſſa, ex hac yy quoque decer-
pat & comedat, æternum victurus.
23 Hominem igitur IOVAS Deus ex
Edenæ horto ad terram, unde ſum-
ptus fuerat, colendam emiſit, 24 zz at-
que

que adeo ejecit: ſimulque qui arbo-
ris vitæ aditu arcerent, [aaa] delectos
Cherubimos [bbb] cum gladiis flam-
mantibus, [ccc] quos hac illac circum-
verſarent, ante hortum conſtituit.

TEXTVS I, II, ET III, CAP. Geneſ. juxta veterem Interpretem, ut cum ſuperiore paraphraſi conferri poſſit.

Vet. quorund. exempl. varia lectio in margine adſcripta eſt.

CAP. I.

IN principio creavit Deus cœlum & terram.
2 Terra autem erat inanis & vacua, &
tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus
[a] Domini ferebatur ſuper aquas.
3 Dixitque Deus, Fiat lux, Et facta eſt lux.
4 Et vidit Deus lucem quod eſſet bona: &
diviſit [b] lucem à tenebris,
5 Appellavitque lucem, diem, & tenebras
noctem: factumque eſt veſpere & mane dies
unus.
6 Dixit quoque Deus, Fiat firmamentum in
medio aquarum: & dividat aquas ab aquis.

7 *Et*

a *Dei.* b *Deus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

7 Et fecit Deus firmamentum, diviſitque
aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ
erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita.

8 Vocavitque Deus firmamentum Cœlum: & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.

9 Dixit vero Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum eſt ita.

10 Et vocavit Deus aridam, Terram: congregationeſque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod eſſet bonum.

11 Et ait, Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita.

12 Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum: lignumque faciens fructum, & habens unum quodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quod eſſet bonum.

13 Et factum eſt veſpere & mane dies tertius.

14 Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem: & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos.

15 Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum eſt ita.

16 Fe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

16 *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, ut præeſſet diei: & luminare minus, ut præeſſet nocti: & ſtellas.*

17 *Et poſuit eas* [a] *in firmamento cœli, ut lucerent ſuper terram,*

18 *Et præeſſent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum,*

19 *Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.*

20 *Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli.*

21 *Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quod eſſet bonum.*

22 *Benedixitque eis, dicens, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: aveſque multiplicentur ſuper terram.*

23 *Et factum eſt veſpere & mane dies quintus.*

24 *Dixit quoque Deus, Producat terra animam viventem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumque eſt ita.*

25 *Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas,*

---

a. *Deus.*

ſuas,[a] *iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quod eſſet bonum.*

26 *Et ait, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli & beſtiis. univerſæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra.*

27 *Et creavit Deus hominem ad imaginem*[b] *& ſimilitudinem, ſuam, ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos.*

28 *Benedixitque illis Deus, & ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus quæ moventur ſuper terram.*

29 *Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint vobis in eſcam.*

30 *Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & univerſis quæ moventur in terra; & in quibus eſt anima vivens, ut habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita.*

31 *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.*

CAP.

a &. b *Deſ. in vet.*

CAP. II.

IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis
ornatus eorum.
2 Complevitque Deus die ſeptimo opus
ſuum quod fecerat: & requievit die ſeptimo
ab univerſo opere quod patrarat.
3 Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctifica-
vit illum: quia in ipſo ceſſaverat ab omni ope-
re ſuo quod creavit Deus ut faceret.
4 Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ,
quando creatæ ſunt, in die quo fecit[a] Deus
cœlum & terram.
5 Et omne virgultum agri antequam ori-
retur in terra, omnemque herbam regionis
priuſquam germinaret: non enim pluerat Do-
minus Deus ſuper terram, & homo non erat
qui operaretur terram.
6 Sed fons aſcendebat è terra, irrigans u-
verſam ſuperficiem terræ.
7 Formavit igitur Dominus Deus homi-
nem de limo terræ, & inſpiravit in faciem e-
ius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in a-
nimam viventem.
8 Plantaverat autem Dominus Deus pa-
radiſum voluptatis à principio in quo poſuit
hominem quem formaverat.
9 Produxitque Dominus Deus de humo
omne

a Dominus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave, lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali.

10 *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum: qui inde dividitur in quatuor capita.*

11 *Nomen uni Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Hevilath, ubi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt.*

12 *Ibique invenitur bdelium, & lapis onychinus.*

13 *Et nomen fluvii ſecundi Gehon, ipſe eſt qui circumit omnem terram Æthiopiæ.*

14 *Nomen vero fluminis tertii, Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluvius autem quartus, ipſe eſt Euphrates.*

15 *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis ut operaretur, & cuſtodiret illum.*

16 *Præcepitque ei, dicens, Ex omni ligno paradiſi comede.*

17 *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

18 *Dixit quoque Dominus Deus, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.*

19 *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

deret quid vocaret ea. omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen eius.

20 *Appellavitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & univerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adæ vero non inveniebatur adiutor ſimilis eius.*

21 [a] *Immiſitque Dominus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, & replevit carnem pro ea.*

22 *Et ædificavit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam.*

23 *Dixitque Adam. Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt.*

24. *Quamob rem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una.*

25 *Erat autem uterque nudus, Adam ſcilicet & uxor eius: & non erubeſcebant.*

CAP. III.

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus: qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradiſi?

2 *Cui*

---

a *Immiſit ergo.*

2 *Cui reſpondit mulier, De fructu ligno-
rum quæ ſunt in paradiſo, veſcimur:*

3 *De fructu vero ligni quod eſt in medio
paradiſi, præcepit nobis Deus ne comedere-
mus, & ne tangeremus illud, ne forte mo-
riamur.*

4 *Dixit autem ſerpens ad mulierem, Ne-
quaquam morte moriemini.*

5 *Scit enim Deus quod in quocunque die
comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: &
eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum.*

6 *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet li-
gnum ad veſcendum, & pulchrum oculis,
aſpectuque delectabile: & tulit de fructu il-
lius, & comedit: deditque viro ſuo, qui co-
medit.*

7 *Et aperti ſunt oculi amborum: cumque
cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia fi-
cus, & fecerunt ſibi perizomata.*

8 *Et cum audiſſent vocem Domini Dei
deambulantis in paradiſo ad auram poſt me-
ridiem, abſcondit ſe Adam & uxor eius à fa-
cie Domini Dei in medio ligni paradiſi.*

9 *Vocavitque Dominus Deus Adam, &
dixit ei, Vbi es?*

10 *Qui ait, Vocem tuam Domine audivi
in paradiſo: & timui, eo quod nudus eſſem, &
abſcondi me.*

11 *Cui dixit Dominus, Quis enim indica-
vit tibi quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno de*

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?
12 *Dixitque Adam, Mulier quam dedi-
ſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & co-
medi.*
13 *Et dixit Dominus Deus ad mulierem,
Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit, Serpens de-
cepit me, & comedi.*
14 *Et ait Dominus Deus ad ſerpentem,
Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia a-
nimantia, & beſtias terræ: ſuper pectus tuum
gradieris, & terram comedes cunctis diebus
vitæ tuæ.*
15 *Inimicitias ponam inter te & mulierem,
& ſemen tuum & ſemen illius:*[a] *ipſa conte-
ret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo
eius.*
16 *Mulieri quoque dixit, Multiplicabo æ-
rumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore pa-
ries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe do-
minabitur tui.*
17 *Adæ vero dixit, Quia audiſti vocem
uxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præ-
ceperam tibi ne comederes, maledicta terra in
opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis
diebus vitæ tuæ.*
18 *Spinas & tribulos germinabit tibi, &
comedes herbas terræ.*
19 *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,
donec*

---

a *ipſe.*

donec revertaris in terram de qua ſumptus es: quia pulvus es, & in pulverem reverteris.

20 *Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, Heva: eo quod mater eſſet cunctorum viventium.*

21 *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.*

22 *Et ait, Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.*

23 [a] *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, ut operaretur terram de qua ſumptus eſt.*

24 *Eiecitque Adam: & collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.*

Ex cap. 5. verſ. 2.

Et vocavit nomen eorum Adam in die quo creati ſunt.

---

a *Et emiſit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

PETRI PICHERELLI

ANNOTATIONES IN COSMOPOEIAM.

a QVo extiterunt initio cœlum & terra, eo Deus illa creavit) In Hebræo eſt, *In principio creavit Deus cœlum & terram.* ideſt, In principio cœli & terræ, Deus creavit illa. Idiotiſmus eſt non infrequens. Prov. 31. 30. *Fallax gratia, & vana pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur.* id eſt, Mulieris gratia fallax eſt, & pulchritudo vana: quæ autem timet Dominum, ea laudabitur. Infra cap. 3. 23. *Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de arbore vitæ.* id eſt, mittat manum ſuam ad arborem vitæ, & ſumat ex ex ea. Pſal. 2. 7. in Heb. *Narrabo præceptum.* IOVAS (enim) *dixit ad me.* id eſt, Narrabo præceptum Iovæ. Ille enim mihi præcipiendo dixit. vel quod ille mihi dixit, Luc. 1. 68. in Cantico Zachariæ, *Quia viſitavit & fecit redemptionem plebi ſuæ.* id eſt, viſitavit plebem ſuam, & fecit ei redemptionem. Ioh. 4. 54. *Hoc ſecundum ſignum fecit Ieſus, quum veniſſet ex Iudæa in Galilæam.* id eſt, hoc ſecundum ſignum fecit Ieſus in Galilæa quum ex Iudæa in illam veniſſet. Sic Gallice dicimus, *L'œil*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

du maiſtre engraiſſe le cheval, id eſt, *L'œil du maiſtre du cheval, l'engraiſſe. Vn chien eſchaudé ne reva pas à la cuiſine*, id eſt, *Vn chien eſchaudé en la cuiſine, n'y reva pas.* Cœlum autem & terra hic mundum univerſum ſignificant. Conferto cum Gen.2.1.& Pſal.33.6. Conferto etiam Pſal.124.6. cum Pſ.146.6. Vide Act. 14.15. & c.17.14.

b *Nam*) In Hebræo eſt, *Et:* quod locis infinitis ſignificat Nam, Enim. Declarat enim Moſes partium enumeratione, quare propoſitione generali dixerit creatum à Deo fuiſſe mundum. Quia, inquit, quæ ſunt in mundo ſingula creavit, nempe lucem, & reliqua. *Et* (*καὶ*) ſignificat, Nam, Enim, Pſal.1.2. Eſt enim כִּי (Nam Enim) Pſalmi 128.2. Nam utrobique eodem ſtylo, fœlicitatis hominis in terra, Deum ex lege divina timentis, partes aliquot enumerat David, non omnes. כִּי autem (Nam) illic, ut alibi nonnunquam, eſt per metatheſin tranſpoſitum, addita numeri & perſonæ enallage. *id eſt*, Quia labores manuum tuarum manducabis. *id eſt*, Quia labores manuum ſuarum manducabunt. In fine enim etiam tertia perſona reſumitur. Tale כִּי (Nam) poſt vocem אַשְׁרֵי (*μακάριος*, beatus) nec in Græco nec Hebræo tranſponitur, Proverb. 3.14. Quan-

vis autem Moſes non narret abyſſum ſeu chaos à Deo creatum & præparatum, dubitandum tamen de eo non eſt. Hac enim continetur generali propoſitione, *In principio creavit Deus cœlum & terram.* In ſacris literis non ſemper, nec etiam in prophanis, exprimuntur multa diſerte, quæ tamen intelliguntur vel ex prioribus, vel ex poſterioribus, vel ſenſu eo nos invitante. Verſ. 20. infra, videntur aquæ natatilia creaturæ, quum ea tamen crearit Deus ver. 21. ut 25. terræ animantia, quum ea Deus plaſmarit, cap. 2. 19. & benedictionem fœtificandi non legitur elargitus Deus animalibus terreſtribus, toto hoc capite, quum tamen benedixiſſe intelligatur: alioqui multo melius de aquatilibus, imo etiam herbis, meritus fuerit & arboribus. Vide Ioh. 1. 3. & conferto cum verſ. 10. ſeq. Hebr. 1. 3. Eccli. 18. 1. Proverb. 3. 19. 20.

c *Inanis & vacua*) Eaſdem habes voces Hebraicas Ierem. 4. 23. Vide Sapient. 11. 18. in Græco: Hebr. 11. 3. μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.

d *Velut involitaret*) Addo adverbium ſimilitudinis ad lucem. q. d. velut involitaret, quaſi Chaos ipſum ad erumpendum, emergendum & formam ſumendam provocans. Metaphora eſt à volu-
cribus

cribus pullos ad volandum provocantibus. Vide Deut. 32. 11. (Vbi in codicib. Græcis legitur ἐπεπόθησε pro ἐπεπέτησε) & Iob. 26.13.

e *Quædam lux*) Deeſt enim articulus, paulo poſt etiam in eodem nomine ſubauditus, verſ. autem 4. expreſſus. *Qu'il ſoit de la lumiere.* Vide 2. Cor. 4.6.

f *Præviderat autem*) Præteritum perfectum, *Et vidit*, volo hic plus quam perfecti, quo carent Hebræi, ſignificationem habeat, *Viderat autem:* quod inſtar optimi & providentiſſimi architecti, ut partitus eſt ſua in dies opera Deus, ita deliberarit & præviderit quæ facturus eſſet. Quod ſi quis ad extremam manum operi additam, referre per, *Vidit*, perfectum malit, nihil obſto.

g *Atque ita*) Poteſt verti, *Atque ita veſpertino conſtans & matutino extitit primus dies.* id eſt, nocte & die. Pars initium conſtituens, pro toto. Sic Daniel. 8.14. Iſa. 34.10.4. Eſdr. 9.44. quod tamen perpetuum non eſt, ut Levit. 8.35. Nehem. 1.6. Hebræi diem ab occaſu ſolis inchoant, & ad occaſum terminant: quod lucem in mundi ortu tenebræ præceſſerint. Ita plenum diem ſeu civilem, nocte & die, unica voce compoſita, complexus eſt Apoſtolus, νυχθήμερον, 2. Cor. 11. 25. Ita Athe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

nienſes diem obſervare inter duos occaſus ſcribit Plinius lib. 2. cap. 77. Ita etiam & hodie obſervat eccleſiaſtica conſuetudo. Propterea hoc loco civilis dies eſt intelligendus, paulo autem ante dies naturalis, à lucis illius exortu ad occaſum, ſole nimirum nondum creato. Nam poſt creatum ſolem naturalis ab oriente ſole principium habet, finem autem ad occidentem.

h *Quoddam extentum.*) *Vne eſtendue.* Vide Ierem. 10. 12. quod repetitur capite 51. 15. Pſal. 104. 2. Iſa. 40. 22. & cap. 42. 4. & cap. 44. 24. Proverb. 3. 19. 20.

i *Sed poſtquam tamen etiam Deus dixiſſet.*) In Hebræo, *Et dixit Deus*: quod per plus quam perfectum interpretor. Scio equidem pleroſque non vulgaris doctrinæ Chriſtianos tertio hæc diei attribuere: verum ut doctiſſimorum quorundam Rabbinorum, & Chriſtianorum authoritatem prætereeam, ſecundo diei aſſigno: propterea quod ſuum cuilibet ſex dierum adſcribitur, τὸ, *Prævideret autem Deus fore bonum.* Si autem hæc ad tertium diem deportemus, ſecundus ſuo caruerit. Adde quod tale Hyſteron proteron in quinti diei legitur deſcriptione (ut illic annotabitur), & aliquot ſecundi capitis locis, ut & initio capitis duodecimi, ſi addito

verſu

verſu 31.capitis,11. cum Act.7.2.3.4. componatur.Vide Pſal.104.Pſal.33.7.Iob.38.8. Porro hic maria complectuntur fluviales, fontanas, & omnis generis aquas. Vide Apoc.14.7.Tob.8.7. iuxta veter.interp.

k *In Edena Orientem verſus*) עֵדֶן (Eden) & appellativum nomen eſt, quod voluptatem & delitias ſignificat, & regionis Orientalis proprium, & viri, de quo non poteſt hic agi. Primo ſignificatu Hieronymus hoc & aliis aliquot locis eſt interpretatus: altero, cap. 4.16. infra, & aliquot itidem aliis locis. Vt ſecundo accipiam, facit præpoſitiuncula ב (In), ad ſitum pertinens. Neque ea ſolum: nam ב (In), poteſt capi pro ל (Ad:) ut ſit Paradiſum ad voluptatem, ſeu Paradiſum voluptatis.) ſed etiam quod locis compluribus ipſius mentio fiat Edenæ: quam regionem eſſe Orientalem in Syria, quæ Meſopotamiam continet, ex multis Scripturæ locis, & regionibus finitimis & conterminis, collatis conſtat.

l *Aſpectui iucundiſſimas*) Vide Ezech.31.8.9.Gen.13.10.

m *In medio horto*) Arbor ſcientiæ boni & mali etiam in medio Paradiſi eſt, cap. 3.3. ſi conferatur cum hoc cap.2.17. vide ipſum cap.3.23.

n *Arborem vitæ*) Hanc arborem hoc

 nomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

nomine à Deo appellatam non legimus: ſed ab eventu Moſes appellavit: quo Adamus & Heva, ſi ex hujus fructu comediſſent, æternum erant victuri, cap. 3. 33. infra.

o *Aliamque ad boni & mali diſcretionem arborem)* In Hebr. *Et arborem ſcientiæ boni & mali.* quod Græci verterunt, *Et arborem ad ſciendum quod cognoſci poteſt de bono & malo.* id eſt, ad ſciendum dignoſcere bonum à malo, Diſcernere inter bonum & malum. Ioſephus antiquit. lib. 1 cap. 2. arborem prudentiæ appellat, qua cognoſceretur quid eſſet bonum, quidve malum. Hanc arborem, quum ſcriberet Moſes, hoc ipſe Deus à ſe ex terra productam nomine jam inſignierat, cap. ſeq ver. 17. ab eventu tum futuro: quippe qui creati Adamus & Heva, ſi ex hujus fructu comediſſent, quod bonum foret, quod rectum, quod honeſtum, quod decens, quod commodum & utile (hæc enim & alia id genus boni ſignificatio complectitur) erant præviſuri & amplexuri: contra quod malum, pravum, inhoneſtum, indecorum, incommodum & inutile (quæ & alia hujuſmodi mali nomine comprehenduntur) præviſum fugituri, utroque ſua per ſerpentis præſtigias opinione, Deo ſimiles futuri prudentiſſimo & providentiſſimo,

tiſſimo. Nam eo tantum uſque iſtam Dei ſimilitudinem extendo, ex cap. 3. 22. infra. Atque hujus prudentiæ reſpectu, dicuntur aperti fuiſſe illorum oculi, ſe nudos deprehendiſſe, ſe ad Dei vocem abdidiſſe, ante eſum ſimpliciſſimi, conſpectus Dei non fugientes, infantiumque inſtar innocentes & inverecundi, ſerpentis diaboli, & vulgari hominum, qui poſt fuerunt, judicio, tanquam imprudentes & incauti, & quodammodo ſtulti, Deo tamen ſapientiſſimi & prudentiſſimi. Hanc arboris denominationem eo ſpectare præſenſit ſerpens, Hevam adortus, eodem cap. 3. 5. Nomen ergo arbori à Deo impoſitum continuavit Moſes. Vide annot. in cap. 3. i, l, vv.

p *Fluvii*) in Hebr. *fluvius.* ſed placet maxime ſingularis ſit pro plurali, Enallage numeri non rara. Id quod Franciſcus Vatablus, vir ut ſummæ eruditionis, ſic acerrimi judicii, annotavit in ſuis prælectionibus, Hebraicarum literarum Regius Profeſſor, meus paulo ante quam è vivis excederet præceptor. Neque enim fluvii tam inſignis, ſi unicus erat, nomen tacuiſſet Moſes, aut certe articulnm ה e. præpoſuiſſet: qui nec apud Græcos eſt, ὁ.[1] Non ſolum autem hic Enallage valebit, ſed & in verbis inſequentibus, *Dividebatur*

tur, &, *Erat*. Ita in regionem Edenicam & diverſos ejus tractus ex variis terris commeabant ſuis originibus & ſcaturiginibus ſemoti & diſtantes, ſeorſimque inde intra ſuos alueos ſinguli fluentes, fluvii: qui hac illac hortum amœniſſimum ſeu paradiſum, ut undique irrigaretur, permeabant & circunfluebant: non in unum quidem locum ſeu alveum collapſi, ſed per varios horti tractus & fines; quos certe fuiſſe permultos oportet in perlongo & peramplo horti ſitu & ſpatio. Sic Turones appellamus Gallice *Le iardin de France:* quam ſpatioſam provinciam multos interfluere fluvios, multiſque cingi non eſt ignotum. Illi præterlapſi hortum fluvii, ſe rurſus alioverſum ſejungebant: qui quatuor illarum erant præcipui regionum: per diverſos tractus & loca, alias aliaſque terras, uſque dum in mare ſe, vel maris ſinum conderent, obeuntes. De hoc autem horto, ejus ſitu, quatuor fluminibus, terris Hevila & Chuſa, & arboribus, locus expoſceret ut fuſiſſime ſcriberetur: ſed non fert compendioſa Annotationum ratio. Propterea ad multos, qui de his multa ſcripſere, veteres, recentes, & recentiores, te judicaturum & electurum remitto.

q *Primarii, inquam, quatuor fluvii)* In Heb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Heb. *Et erat fluvius* (id eſt, Et erant (Erant autem) fluvii) *in quatuor capita.* Quod cap. 2. 24. in Hebr. eſt, *In carnem unam,* Chriſtus Matth. 39. 6. interpretatur *Vna caro.* Diſiungo autem hæc à præcedentibus τοῖς. *Et dividebatur,* (id eſt, dividebantur) ut iidem quatuor ſint fluvii qui ex Edena egreſſi, poſtquam in paradiſum confluxiſſent, ex paradiſo etiam rurſus iidem egrediebantur, egredienteſque dividebantur. Neque enim in Hebræo, nec in Græco eſt, *Qui inde dividitur in quatuor:* ſed quod ſupra eſt annotatum, *Et inde dividebatur, & erat in quatuor.* Facit ad meam diſiunctionem accentus Hebraicus Zachephquaton ſuperpoſitus verbo יִפָּרֵד (dividebatur) unus ex accentibus regiis & diſtinguentibus, ut loquuntur Hebræi Grammatici. Nec obſtat quod in medio verſu ſententia videtur perfecta. Quemadmodum enim accentus Soph paſſuq in fine verſuum poni, periodumque claudere ſolitus, (id quod oſtendunt duo puncta craſſiuſcula ſequentia, quorum alterum alteri ſuperponitur, & verſum à verſu longiuſculo intervallo dirimentia) aliquando tamen eo munere defungitur, ut Gen. 1. 17. & cap. 2. 4. 12. & cap. 14. 8. 18. 19. Malach. 1. 12. Luc. 1. 54. in Cantico Mariæ; ſic in medio verſu poſt ſatis abſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

lutam ſententiam nonnunquam altera novatur, ut Gen. 2. 5. & cap. 14. 18. Matth. 14. 12. Caput autem principem, primatem, primarium, præcipuum, ſæpe notat. Græci verterunt, ἀρχὰς, Principia, principatus, excellentiam, præſtantiam. Addo hic vocabulum, *fluvii*, ex paulo poſterioribus revocans, ubi eſt articulus, velut ante expreſſam fluviorum mentionem indicans: quaſi Gallice dicatur, *Et le nom du deuxieme fleuve deſdicts quatre*, &c. Addo & voces, *Illarum regionum*. Sunt enim & alii fluvii illuſtres, ut Ganges & Nilus, qui illac non fluunt. Huc reſpiciens Ecclesiaſticus cap. 24. 36. 37. horum quatuor fluviorum, ut illuſtrium & excellentium meminit, interpoſita & Iordanis mentione, fluvii etiam in diverſo tractu nominatiſſimi rationem habens Ioſ. 3. 15.

r *In conſpectu fluit Aſſyriæ*) In Hebræo, *Vadit ante Aſſyriam.*

ſ *Natatilia*) In Hebræo eſt *Reptilia*: ſed quod de aquatilibus, ut terreſtribus, dicitur. Proinde ad differentiam verto, *Natatilia.*

t *Sed poſtquam tamen etiam Deus dixiſſet*) Et hic quoque in Hebræo, *Et dixit Deus*: cui ſignificationem etiam pluſquam perfecti præteriti tribuo. Nam hic quoque Hyſteron proteron intelligo, iſtud

ad

diem quintum reportans, potius quam ad ſextum dejiciens. Primum enim figuram hanc ſacris libris ineſſe non raram ſupra oſtendi. Deinde uno eodemque tertio die quum crearit ex terra Deus herbas & arbores vegetante præditas anima: par eſt ut anima prædita ſentiente, volatilia & animalia terreſtria, uno eodemque die, nimirum quinto, ex terra quoque fecerit. Nam volucres etiam ex terra fecit Deus, Gen. 2.19. Denique plaſma tam nobile Adamus, imo & cum eo Heva, digni certe fuerunt, quibus & iis quæ eos contingebant creandis, ſuus dicaretur ſeorſim dies: ut ſicut quibus vegetans erat anima (quæ Platoni & Ariſtoteli, treſne an quatuor in homine ſint animæ contendentibus, quarum ſit omnium homo particeps, eſt φυσικὴ) unus, quibus anima ſentiens (quam illi αἰσθητικὴν appellant, qua complector eorum, κινητικὴν) item unus: ſic, quin potius, quibus anima rationalis, (quæ illis dicitur & νοητικὴ) eis itidem ſuus impenderetur dies. Quod ſi duo, τὸ *Præviderat autem Deus illud fore bonum*, uno in quinto die, tibi ſcrupulum injiciant: non minori ſimiliter erunt offendiculo duo in uno ſexto die, ſi hoc terreſtres reſpiciat animantes. Alterum autem alteri ſubdidit Moſes: propterea quod duo diverſa

exti-

extiterant genera, ut amborum bonitas clarius eluceſceret & intelligeretur, ſpeciatim narrata. Cæterum dubitandum non eſt hic ſubaudiendam illam ſoboleſcendi benedictionem, qua conceptis verbis Deus hoc eodem die quinto natatilibus & volucribus benedixit. Niſi enim ſubaudias, ut diverſis brutis eodem die eandem benedictionem Deus impertiatur: majore negotio die ſexto ſubintelligetur: etiam ſi terreſtrium animalium creationem ſexto diei dicaris. Eadem enim una benedictio brutis & rationalibus ægre conveniet. Id quod etiam argumento novo eſſe poteſt, terreſtrium animalium creationem ad diem ſextum non pertinere, ſed quintum.

v *Ad imaginem ſive ſimilitudinem noſtram*) In Hebræo, *Ad imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram.* id eſt, Ad imaginem noſtram & ſecundum ſimilitudinem noſtram. Sed quoniam hæc duo ſynonymice pro eodem uſurpantur, verto, *Ad imaginem ſive ſimilitudinem noſtram.* Quod autem ejuſdem ſint ſignificationis, ne quis in his vane philoſophetur nimium, liquet ex eo quod proxime in repetitione, & cap. 9. 6. infra, tantum dicetur, imo & repetetur, *Ad imaginem Dei:* ut & Coloſſ. 3. 10. quod Gen. 5. 1. eſt,

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Ad ſimilitudinem Dei, redditum à Græcis & Hieronymo, *Ad imaginem Dei*: Eph. autem, 4. 24. legitur, *Secundum Deum.* Imo oppoſita vocum collocatione dicitur Gen. 5. 3. tam in Græco contextu quam Hebræo, Adamus filium genuiſſe ad ſimilitudinem ſuam, ſecundum imaginem ſuam: (ubi Græci verterunt κατὰ τὴν ἰδέαν, quod primo capite καθ’ ὁμοίωσιν) quod vertit Hieronymus, *Ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.* Iuxta autem verbum plurale, *Faciamus*, Dicitur Deus *Factores Iſraëlis*, Pſal. 149. 2. ut, *Paſtores ovium*, (nempe Iudæorum) Zachar. 11. 5. Quorum priorem locorum Græci & Hieronymus reddiderunt per unitatis numerum: altero, reliquerunt pluralem, verbum ſingulare ſequens etiam per plurale convertentes, ſenſu certe meo judicio, non reddito.

x *Sua cum uxore creanda*) Hoc addo tum ex verbo proxime ſequente, *Dominentur*, quod profecto & Hevæ creandæ rationem habet, atque ob id plurale eſt, tum ex verſ. 28. ubi hoc eodem multitudinis numero idem Deus Adamo & Hevæ repetit.

y *Breviter toti terræ*) Eſt Hyſteron proteron in Hebr. ſicut eſt Apoc. 5. verſ. 2. & Coloſſenſ. 2. verſ. 5. ſi conferas cum

Act.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Act. 11. verſ. 23. Vide verſ. 28. inf.

z *Et in nares eius*) Vide Iſa. 2. 21. quod Ioſ. 10. 28. eſt in Hebr. *Omnem animam*, Græci habent πᾶν ἐμπνέον, omne reſpirans, quicquid reſpirat. Vide Iob. 33. 4. Huc alludit, Paulus Act. 57. 25.

A *Animatus & vita præditus*) In Hebr. *In animam viventem. cum anima vivente.* Vide 4. Eſdr. 3. 5. Iſa. 42. 2. Iob. 34. 14. 15. Eccl. 12. 7. Pſal. 146. 4. Ob hanc plaſmationem dicitur Adamus filius Dei, Luc. 3. 38.

B *Quum primum*) In Hebr. *Quo die.* quod Daniel. 3. 5. 15. eſt, Qua hora. id eſt, Quo tempore, Quo temporis articulo, Quo momento.

C *Nulla veniæ ſpe*) In Heb. *Moriendo morieris* (morti addiceris.) Heb. his iterationibus vehementiam, ſtudium, & certitudinem veriſſimam notant. q. d. Abſque dubio, haud cunctanter. ut ver. ſup. *Edendo edes.*

D *Omnes agrorum beſtiæ*) In Hebr. *Omnis beſtia agri.* Et obſervandum eſt beſtiam agri (חַיַּת הַשָּׂדֶה) multo latius hic patere quam paulo poſt, & quam (חַיַּת הָאָרֶץ) paulo ſupra. Nam beſtiæ terræ ſive agrorum, feras illis locis ſignificant: hic autem capiuntur beſtiæ agrorum pro jumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

jumentis & feris: quemadmodum paulo poſt repetentur jumenta, volucres, & feræ. Quod ſi hic non beſtias agrorum vertamus, ſed feras, ut utrobique conſtet eadem ſignificatio: jumenta fuerint omiſſa, extrinſecus ex repetitione, quæ ſequitur, ſubintelligenda.

E *Adiutorium quod ſibi ſimile, præſto ſibi adeſſet*) In Hebræo, עֵזֶר כְּנֶגְדוֹ *Adiutorium ſicut coram ipſo*. Græci verterunt verſ. 18. βοηθὸν κατ' αὐτὸν (Adjutorem ſecundum eum:) hoc autem verſ. 20. βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ: Adjutor ſimilis ei) quos hinc Hieronymus eſt utrobique imitatus. At utrique mihi in exprimenda dictionis pereleganter compoſitæ vi & ſignificatione, (ſunt enim & ſuæ Hebræis compoſitiones, ut בְּשֶׁכְּבָר ex eo quod jam, Eccl. 2. 16. Sic Galli, *Herſoir*. id eſt, Heri ſero) utrique, inquam, nimium parci videntur: propterea quod ſi ſuas in partes compoſitio reſolvatur, erit כָּמוֹהוּ נֶגְדוֹ (Sicut ille coram illo, id eſt, Sicut ille & coram illo. Copulandi enim conjunctio in talibus ſæpe ſubauditur.) Nam tertiæ perſonæ relativum וֹ, ultimo poſitum loco, ad utramque vocem pertinet. Ergo videtur ſenſus liberaliter his verbis reddi, *Sibi ſimile & ſibi præſto*. Nam נֶגְדוֹ hoc loco eſt quod infini-

infinitis, לְפָנָיו In conſpectu ejus, Ante eum, Coram eo, Prope eum, Apud eum. Quæ aſſiduitatem, familiaritatem, convictum, converſationem domeſticam, & ad inſerviendum promptitudinem notant: ut 1. Sam. 29. 8. 1. Reg. 10. 8. Ierem. 32. 53. Tobias cap. 8. 8. quum in precatione Deo in memoriam revocat ipſum Adamo Hevam dediſſe uxorem, ſimilitudinis adverbium כ, non attingit, (ut etiam omittitur cap. 3. 12. infra) uxorem ϛήριγμα mariti appellans: (nempe in qua acquieſceret. Vide Proverb. 31. 11. 12.) quo nomine ad præpoſitionem נֶגֶד (Coram) reſpicit. Contra autem Deo ipſis ipſius Dei verbis quum Hevæ plaſmationem refricat, adverbium exprimit præpoſitione tacita, Græcos Gen. 2. 20. imitatus, βοηθὸν, inquit, ὅμοιον αὐτῷ (*Adiutorem ei ſimilem.*) Eccleſiaſticus autem cap. 36. uno verſu, 26. utriuſque rationem habet, βοηθὸν κατ' αὐτὸν, ϗ ϛύλον ἀναπαύσεως, *Adiutorem ſecundum ſe*, (ſui ſimilem) *& quietis* (ſuæ) *columnam*, ſive adminiculum, fulcimentum: ubi eſt ϛύλος, quod apud Tobiam ϛήριγμα: quæ ſynonymice conjunguntur, 1. Tim. 3. 5. ϛύλος ϗ ἑδραίωμα, id eſt, ϛήριγμα. Similem autem, id eſt natura conformem. Cæterum τὸ, *Adiutorium ſibi ſimile & ſibi præſto*, indicat quid ſibi voluerit, quum

dixit,

dixit, *Non eſt bonum homini ut ſolus maneat.* Vide Malach. 2. 14. Gen. 3. 12. cum annot. & 1. Cor. 11. 9.

F *Mulierem*) In Hebr. *Ædificavit in mulierem.* לְאִשָּׁה proprie, *In viram*, per Anticipationem. Paulo poſt enim primum appellabitur, אִשָּׁה *(Vira.)* Sic cap. 1. 2. Terra dicta eſt, quæ nondum ita fuerat appellata: imo nondum extiterat. Addo, *Ad ſuam quoque imaginem*, tum ex cap. 1. 27. tum ex repetitione, cap. 5. 2. Nam quod his locis legitur, *Marem & fœminam creavit*, expoſitio per Epanalepſin eſt præcedentium, τῶν *Creavit Deus hominem:* quibus quia additum eſt, *Ad ſimilitudinem ſuam*, & his quoque addo: ut non ſolum ambos, ſed & ad ſimilitudinem ſuam eos crearit.

G *Iam nunc*) Eſt reticentia. Sermone conciſo frequenter utuntur qui mirantur, quique magno & inſperato gaudent gaudio.

H *Os ea eſt ex oſſibus meis, & ex carne mea caro*) Id eſt Corpus ex corpore meo. Vide 1. Cor. 11. 8.

I *Vira*) Finxi hoc nomen, ut Hebraicum etymon repræſentarem. אִשָּׁה enim ita deducitur à nomine אִישׁ, quemadmodum Viram derivo à nomine Vir. Sic Gallice,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

lice, *Hommeſſe*, ab, *Homme: Moyneſſe*, à *Moyne: Maireſſe*, à *Maire.* Tertullianus libro de monogamia, Mariam virginem, quam proxime dixerat ſemel ob partum nupturam, appellat Vniviram: & in Exhortat. ad caſtit. quædam eſt zelivira. Hieronymus appellat quaſdam meretrices univiras, Ad Euſtochium, De cuſtodia virginitatis: & in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum. Sed hæc adjectiva ſunt.

K *Inquit Deus*) Hoc addo ex Matt. 19. 4. 5. ubi τὸ, καὶ εἶπεν, (*Et dixit*) refero ad τὸν ποιήσαντα (*Creatorem:*) ut illinc ſit hujus legis lator Deus, non autem Adamus: quanquam non me latet poſſe illic ex Hebræorum idiotiſmo ſatis frequente ſubaudiri vocem *Scriptura*, ut ſit, *Et dixit* (addidit) ſcriptura. Sed etſi Adamus legem fixerit, quia id Dei afflatu & inſtinctu fecit, non malo jure dicetur Deus ipſe tuliſſe: quemadmodum lex Dei, dicitur & Moſis, miniſterio Moſis lata.

L *Quaſi conglutinatus adhæreto*) Græci & Matth. 19. 5. verterunt προσκολληθήσεται, adglutinabitur. *Qu'il tienne à ſa femme comme y eſtant collé.*

M *Et ambo*) Vocem hanc addo ex Matt. 19. 5. qui hoc loco Græcos imitatus, addit etiam, οἱ δύο (*illi duo. Eux deux*) Sic ex Græcis Deuter. 6. 13. & cap. 10. 29. addiderat ipſe

ipſe Matth. cap. 4. 10. vocem, *Soli*, *Et illi ſoli ſervies*, allatam, ex 1. Samuel. 7.3. quæ illic intelligitur ex verſu 4. proximo. Hieronymus Deuter. 32. 39. præter Hebr. & Græc. addit, *Solus*. שְׁנֵיהֶם (*Ambo*) cap. 2. 5. Græci verterunt etiam οἱ δύο, Hieronymus, *Vterque:* ſed cap. 3. 7. Græci quidem τῶν δύο, Hieronymus, *Amborum*. Hinc damnatur polygamia: ut quum dictum eſt, *Vxori ſuæ*, numero ſingul.

N *Vnum corpus ſunto*) In Hebræo, *In carnem unam*. Sed juxta meam verſionem locum intellexit Paulus, 1. Cor. 6, 16. Vide Eph. 5. 28. 29. 30. 31. & Matth. 19. 6. ubi ex hoc Deus loco dicitur maritum & uxorem conjugaſſe. Sic Servius locum Virgilii explicans, Æneid. 4. *Ne cui me vellem vinclo ſociare iugali. Iugali*, inquit, *propter iugum quod imponebatur matrimonio coniungendis. Vnde etiam Iuno iugalis dicitur.*

O *Atque eam Deus ob id ipſum*) Gen. 5. 2. ſcribitur, *Et vocavit* (Deus) *nomen eorum* (maris & fœminæ) *Adam:* ut utrique nomen fuerit Hebraicum, *Adam*, communis generis, ut Homo: ſed quia de maſculo ſupra dixi forma maſculina, *Adamus:* hic fœminina dico de fœmina, *Adama*.

P *Quicquid hic circa hominem fecit*) Quoniam ut ſupra dictum eſt, unicuique

diei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

diei ſuum additum eſt proprium, τὸ, *Prævideràt autem Deus fore bonum,* æquum eſt ut & ſextus ſuum itidem habeat peculiare. Ob id ei uni hoc aſſigno. Nam ſi reliquis ſuperioribus tribuatur, ut cum iſto commune ſit illis, nullum huic proprium relinquetur: minorque iſtius videbitur dignitas, tam inſignem tamen plaſmationem continentis, niſi idem ei quod ſingulis reliquis, detur, à reliquis ſepoſito. Quod autem hic univerſalis particula ponitur, nihil obeſt. Primum enim numero non ponitur multitudinis, in Hebræo, *Omnia quæ:* ſed unitatis, *Omne quod*, propter ejuſdem numeri adjectivum טוב (*Bonum*). Deinde ſi huc afferas, quæ cap. 2. de Adami, & poſt eum Hevæ, creatione, hic prætermiſſa, tandem narrantur, eiſque à Deo dicuntur & donantur: mira non fuerit hæc univerſitas, licet vel plurali numero intelligas, *Omnia*. Alioqui vox hæc univerſa, ſæpe pro ſententiæ congruentia reſtringenda eſt. Si Heva mater eſt omnium viventium, cap. 3. 20. infra: eſt certe & brutorum. Sed probe locum intelligens Chaldæus paraphr. vertit, *Omnium filiorum hominis.* Si charitas omnia ſuffert, ſperat & ſuſtinet, 1. Cor. 13. 7. igitur vitia quoque & ſcelera.

Q *Proculdubio perbonum fore*) In Hebræo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

bræo, *Et ecce bonum valde.* הִנֵּה (Ecce) non ſemper repentinum quid aut inſperatum demonſtrat: ſed ſæpe affirmat, confirmat, & de re nota & manifeſta dicitur.

R *Omneſque eorum exercitus*) Vide annot. 1. ſupra.

S *Ideoque*) In Heb. *Et.* Vide Exod. 20. 11.

T *Eumque ſibi conſecravit*) In Hebræo, *Et ſanctificavit eum.* Subaudio, *Sibi*, ex Exod. 16. 26. & cap. 31. 13. & Deuter. 5. 14. in Hebræo.

V *Vt à ſuis quoque conquieſcerent homines operibus, & ipſum Deo conſecrarent*) In Hebræo eſt non, *Vt faceret*, ſed, *Ad faciendum*, (לַעֲשׂוֹת) *Pour le faire:* quod etiam reddere poſſis, *Vt facerent. A fin qu'on le fiſt:* ut pertineat non ad, *Creaſſet*, ſed ad, *Ceſſaſſet, Quieviſſet.* Id quod poteſt docere accentus hebraicus præcedens, Tarha aharona, qui ſæpe diſtinguit: id eſt, ut homines etiam eum obſervarent & Deo conſecrarent. Subaudio enim *Eum* quemadmodum poſt ipſum לַעֲשׂוֹת ſubauditur ſimile relativum, Proverb. 3. 27. & Eccl. 2. 11. Ipſe Hieronymus vertit cum Græcis Deut. 5. 15. *Idcirco præcepit tibi Dominus ut obſervares diem ſabbathi*, quod in hebræo eſt, *Vt faceres diem ſabbathi*, quodque Exod. 31. 16. reddit, *Celebrent ſabbathum.*

Ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Ita Galli dicimus, *Faire la feſte, faire le ſamedy, faire la noſtre Dame.* Nam *Facere* tam Hebraice, quam Græce & Latine, ſexcentos pro re ſubjecta, habet ſignificatus. Poteſt enim loco relativi, *Eum,* ſubaudiri, *Hoc:* ut ſit, *Vt idem facerent homines.* Vtramque ſubauditionem ſimul paraphraſtice reddo. Vide Exod. 31.14. Deuter. 5.12. Græci nihil hic interpretati ſunt. *Quievit* (inquiunt) *ab omnibus operibus ſuis,* ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιεῖν (*quæ incœperat,* (aggreſſus fuerat) *Deus facere:*) quam phraſin imitatus eſt Lucas, de Ieſu Chriſto narrans, Act. 1. 1. Ante quum dixiſſet Moſes, imo & repetiſſet, τὰ, *Opera ſua quæ fecerat,* &, *Ab omnibus operibus ſuis quæ fecerat,* non ſubdidit ipſum, *Ad faciendum:* ut hic facile poſſit non pertinere ad ipſum, *Creaverat,* poſitum loco, τοῦ *Fecerat.* Tale eſt לַעֲשׂוֹת (Ad faciendum) ſine relativo, Proverb. 3. 23. id eſt Ad faciendum, illud, ſupple.

X *Terram & cœlum*) Hoc ordine leguntur hæ voces in Hebræo, quem nolui Græcorum inſtar & Hieronymi invertere: ne ex eo quod infinitis locis, & maxime hujus Geneſeos initio, Cœlum & terram, itaque cœlum terræ præpoſitum, legimus, alienam quandam & abſurdam quis philoſophiam ſomniet. Sic cœlis

terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

terra præponitur, Proverb. 3. 19. 20.

Y *Arbores)* שִׂיחַ hic accipio pro arbore, ut Gen. 21. 15.

Z *Porro vapores à terra exhalati)* In hebræo, *Porro vapor aſcendebat è terra, & irrigabat.* id eſt, Vapores qui quum à terra calore ſolis exhalati in aërem aſcendiſſent, in nubes & pluvias converſi univerſam terram irrigabant. Attingit rationem & modum generationis pluviarum.

ANNOTATIONES
IN CAP. III.

a SEd *ad Adamum & Hevam redeat narratio.)* Hic à digreſſione reditus, non eſt in Hebræo: ſed addo, quod longiuſcule ſit interrupta Adami & Hevæ mentio. &, τὸ, *Igitur*, quod ſequitur, materiæ notat ingreſſum.

b *Quum igitur ambo nudi eſſent)* Ita ſimplices erant, incauti & idiotæ (id eſt, non ingenioſi & non intelligentes. Ingenioſos enim & intelligentes idiotis opponit Cicero Act. 6. in Ver.) ut eos nuditatis non puderet, nec cum mutuum, tum Dei conſpectum erubeſcerent. Tales erant malitia, quales infantes & pueri, quos nihil

pudet:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

pudet: qui inter bonum & malum non diſcernunt, nec diſcernere appetunt. Ad hunc 25. verſum, & capitis ſequentis primum reſpiciens Paulus 2. Cor. 11. 3. opponit τὴν ἁπλότητα τῇ πανουργίᾳ (ſimplicitatem verſutiæ & vafritiei.)

c *Inde ſerpens.*) Adeo, *Inde.* q. d. arrepta tantæ ſimplicitatis occaſione. & *ſerpens* res eſt repræſentans cum repræſentata. Omnino enim diabolus, ſerpenti ſeu colubro ſimilis, hic intelligendus eſt, ex Sap. 2. 24. Ioh. 5. 44. Rom. 16. 20. ubi alluditur ad verſum hujus capitis 15. & Apoc. 12. 9. 10. & cap. 20. 2. qui ſerpentis ore uxorem ſit alloquutus. Non ſolum enim in dæmoniacorum corporibus, eorumque ore, loquutus eſt Chriſto & exorciſtis, Matth. 8. 29. & Act. 19. 15. ſed etiam in idolis & ſimulachris Apollinis aliorumque commentitiorum deorum oracula reddidit ethnicis, & in porcos dæmones permiſſu Dei ingreſſi ſunt, Matth. 8. 31. 32. Quin & Balaami aſina, Deo ita volente, & os ejus aperiente, loquuta eſt, Numer. 22. 30. Ergo locus accipiendus eſt, quaſi ſit, Inde diabolus omnium à Deo creatorum verſutiſſimus, ſerpentis ore ferarum omnium quas Iovas Deus creaſſet, callidiſſimi, ita uxorem eſt alloquutus. Serpentem autem ſive colubrum potius

elegit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

elegit, quod uterque, diabolus nimirum & ſerpens vaferrimus, incautos & imprudentes circumvenire & opprimere ſoleat. De aſtutia & natura ſerpentis paſſim videre eſt apud ſcriptores. Exuit ſenectutem, ut velut juvenilibus viribus receptis fortius invadat. Subter ſupraque ſeſe revoluit, ut doloſius agat, ſuæque vitæ conſulat cautius. Nam convolutionem hanc pertinere ad verſutiam, multiplexque ingenium & tortuoſum contra ſimplicitatem, teſtatur Æſopi fabula, cui titulus eſt, Serpens & Cancer.

d *Inter alia*) Hoc addo propter conciſam ſententiam. Conciſio enim ſerpentem quædam alia ante dixiſſe ſubintelligit. Vide Ruth. 2. 21. in Hebræo.

e *Quarumlibet*) Non eſt in Hebræo, ſed reduco ex cap. præced. verſ. 16.

f *Ne comeſturi attingite*) In Hebr. *Ne edite, nec attingite.* Primum, eſt hyſteron proteron, quale Coloſſ. 2. 5. quod eſt ſupra annotatum: & Æneid. 9.

--- Rutuli ſomno vinoque ſepulti
Conticuere. ---

pro, *vino ſomnoque ſepulti.* Sequitur enim recto vocum ordine paulo poſt

--- Paſſim vino ſomnoque per herbam
Corpora fuſa vident.

Deinde, *Ne attingite, nec edite,* id eſt, Ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

attingite ut comedatis. Ne attingite comeſturi. Sic quod Exod. 20. 4.5. eſt, *Non facies tibi ſculptile* &c. *non adorabis ea*, dicitur Levit. 26. 1. *Non facietis vobis idola* &c. *ut adoretis.* Attactus autem meminit, tantum quia eſum præcedit, ut per quem perveniatur ad eſum. Verſus 22. infra, hoc explicat. Sed quum nullibi legatur hoc ipſiſſimæ Hevæ à Deo dictum fuiſſe, (nam quum Adamo Deus interdixit, cap. præced. verſ. 16. nondum erat Heva) oportet ab Adamo, Spiritu ſancto afflato, fuiſſe Hevam edoctam vetationem adverſus uxorem haud ſecus ac maritum, ambos unum corpus, valere. Quare quum Heva Deum renuntiat his uſum verbis, *Ne comedite, neu attingite,* perinde eſt ac ſi dicat Deum tum reipſa unum quidem Adamum alloquutum: ſed per hunc Deum ipſam edocuiſſe, itaque Deum hac utrique ratione verba feciſſe. Proinde non male pronomen, *Nobis*, de ſuo addidit Hieronymus, quanvis & Græci neſciant. Cæterum ſitus quidem hujus arboris exprimitur, quo vicinam arbori vitæ fuiſſe intelligimus: nomen non item, nempe diſcretionis boni & mali. Attamen ex ſequentibus hoc ipſo verſu, ſi quidem cum cap. præced. verſ. 16. conferantur, & ex verſu 5. proximo, hanc eandem eſſe palam eſt.

Huc

Huc facit quod ei præponitur articulus ה.

g *Ne forte*) Addit Heva ad verba Dei, adverbium dubitantis. propterea mendacium ſuum confirmat ſerpens verbi geminatione, τῇ *Non moriendo moriemini. Ie vous aſſeure que vous n'en mourrez pas. Aſſeurément vous n'en mourrez pas.*

h *Sed*) In hebr. כִּי, id eſt, כִּי־אִם (*Sed*). quaſi dicat ſerpens, Sed quum primum comederitis, veſtri aperientur oculi, ut prudentes ſitis. Id quod quum Deum non lateat, ſibi cavet.

i *Voſque ſimiles ſibi Deo futuros, bonum videlicet diſcreturos & malum*) In Hebr. *Et eritis ſicut Deus, ſcientes boni & mali*, id eſt, Eritis ſicut Deus, cognoſcendo bonum & malum, Quatenus boni & mali diſcrimen & delectum agere poteritis. Vide verſ. 22. infra, & annot. *l*, & *vv*. unde participium, *Scientes*, reſpicit Adamum, & Hevam, Deum non item, licet pluralis numeri אֱלֹהִים. Hoc autem declarat quid ſit, *Oculos aperiri:* ut non ſolum corporis ſit hæc apertio (Vide verſ. 7. infra) ſed etiam mentis & animi. Vide Luc. 22. 16. 31.

k *Videns ergo uxor gratiſſimam oculis eſſe hanc arborem, & ad eſum optimam.*)In hebr. *Videns ergo uxor bonam eſſe hanc arborem ad eſum, & deſiderium* (id eſt, deſiderabilem)

oculis, & expetibilem ad intelligere faciendum. Sed ordinem ſequor cap.præced. v.9.

l *Ad habendam intelligentiam)* לְהַשְׂכִּיל. Ad intelligendum, Sapiendum, ut Pſal. 2.10. vel, ſi latine diceretur, Ad faciendum intelligere, Sapere, ut Pſal. 31.8. Vtraque ſignificatio hic congruit. Chaldæus paraphraſtes addit בֵּיהּ. in ea (per eam.) Porro illud eſt quod verſu 22. infra dicetur, לָדַעַת טוֹב וָרָע: ut videlicet ſcientia (cognitio) boni & mali, ſit ſapientia & prudentia, (quæ Ciceroni in offic. eſt rerum expetendarum & fugiendarum ſcientia) utque Adamus ſua ſimplicitatis conditione & dote, quam Dei dono & præſcripto acceperat, minime contentus, prudentior & ſapientior adverſus Dei voluntatem eſſe voluerit: quaſi ſat ſapiens Deus haud fuerit, qui illa tantum ſimplicitate eum donaſſet.

m *Qui ut ipſa ederat, comederet.)* In hebr. *Et dedit etiam marito ſuo ſecum*, id eſt, ut ſecum comederet, (ita enim manca locutio debet abſolvi ex ſequente, ויאכל, *Et comedit.)* non autem, ut ſecum eſſet, id eſt, ut ſicut ederat ipſa, ſic & ipſe comederet. Vide 2.Cor.11.3. 1.Tim.2.14. Eccli. 10.14. Præpoſitiuncula, *Cum*, aliquando ſervit ſimilitudini. Sentire cum aliquo, eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

eſt Sentire ſicut ille ſentit. Sic Eccl. 2. 16. eſt, *Cum*, Heb. & Græco: quod Hieronymus reddit, *Similiter ut*, quod etiam fuerat verſu proximo, כְּ, ſimilitudinis nota. Sic Gal. 3. 9. *Qui ex fide ſunt, benedicuntur cum fideli Abraham*, id eſt, inſtar fidelis Abrahami: & Rom. 8.17. *χριστῷ συμπάσχειν*, & *συνδοξάζειν*.

n *Se nudos eſſe cognorunt.*) Et erubuerunt, ſupple. Hæc eſt quædam portio prudentiæ & ſapientiæ, qua turpia & inhoneſta tegimus & occultamus, & ob peccatum erubeſcimus. Non ſolùm autem cognoverunt intellectu, ſed & viderunt oculis corporeis.

o *Sed quum Iovæ Dei vocem.*) Aut hac voce primum appellavit Adamum, licet non ſcribatur, ad quam ſe Adamus abſconderit: deinde quum non reſponderet, ſecundo vocarit, quaſi ubi eſſet ignoraret, nimirum abſconditus: Aut vocem hanc, quædam verba intelligo, quæ ſecum Deus loquutus ſit ambulans, de eo quod contra ejus interdictum acciderat.

p *Ad diei ventum.*) Ita in Hebr. לְרוּחַ הַיּוֹם. quod poteſt verti, Ad ventum illius diei, id eſt, illo die exortum, ſignum & teſtem indignationis Dei, certe præſentiæ ejus. Sonus tanquam venti violenti, teſtis eſt adventus Spiritus ſancti, Act. 2. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

q *Vbi es tu?)* Pronomen habet emphaſin. *Ou es tu, Toy*, tot & tantis à me cumulate beneficiis?

r *Et ille)* q. d. Sum abſconditus. *Poſtquam enim* &c.

ſ *Ante hanc)* Hoc addo, quod de altera Dei voce meminerit, ad quam ſe abſconderit. Nam ad inclamationem hanc, *Vbi es tu?* jam ſe abſconderat. Ideoque Deus velut ubinam locorum eſſet, ignarus, & curæ tamen de eo inſiſtens, eum inclamat.

t *Renuntiarat.*) Nempe quum te abdidiſti. הִגִּיד præteritum perfectum verto per pluſquam perfectum, ut & ſequentia. Cognoverat enim ſe nudum antequam lateret.

v *An ex*) הֲמִן. Interrogantis eſt in dubio. *Avois-tu mangé?* Interrogat autem Deus quaſi neſcius, ut ipſe peccatum confiteatur Adamus.

x *Quam ipſam mecum poſuiſti mulierem.*) Sic in Hebr. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּ עִמָּדִי הִיא, ubi נָתַן, quod ſæpiſſime Dedit ſignificat, accipitur pro Poſuit, quemadmodum locis infinitis: ut cap. 1.17. ſupra, & Ezech. 34.25. ſi conferatur cum Pſal. 21.7. Reſpicit autem matrimonii ſocietatem & vinculum. q. d. Quam mihi matrimonio in-

ſolubili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſolubili junxiſti. Sic ruſtici novi mariti de petulantibus & immorigeris uxoribus ſolent Gallice apud parentes conqueri, *Puis que vous la cognoiſſiez bien, pourquoy l'avous* (id eſt, *l'avez vous* per Syncopen) *miſe avec moy?* & adſtantes propinqui, *Pourquoy auſſi l'y mettiez vous?* Hieronymus vertit, *Quam dediſti mihi ſociam*, id quam mihi dediſti vitæ ſociam. Tobias 8.8. dicit Deo, in Græco, *Tu dediſti Adamo adiutorem*, (&) *adminiculum*, *Hevam*, *ipſius uxorem*. Cæterum עִמָּדִי non ſolum comitatum & adjunctionem notat, ſed & poteſtatem in aliquem, ut Pſal. 50. 11. ubi eſt עִמָּדִי, quod paulo ante יָדַעְתִּי (Novi) & verſ. 10. לִי (Mihi eſt, *Eſt à moy*) q. d. Omnia illa mea ſunt, Poteſtatem in illa habeo, ut ea quum placuerit accerſam, capiam, & mihi inſerviant. Iuxta hanc ſignificationem, עִמָּדִי poteſt verti, Coram me, Apud me, tanquam reſpiciat vocem נֶגְדּוֹ cap. præced. verſ. 20. ut ſit, Mecum & coram me. utramque ſignificationem paraphraſtice exprimo.

y *Et quare faciebas?*) Hoc addo vel ſubaudiendum, vel in admiratione incluſum. Ad hanc enim partem reſpondet Heva, rationem afferens, non ad ſceleris quantitatem, ſeu gravitatem altera parte nota-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tam, τῆ, *Quid hoc* (quod) *feciſti? Qu'eſt ce que tu as fait?* q. d. Quam graviſſimum ſcelus admiſiſti. Sed cur admittebas? Plena & perfecta hæc locutio legitur cap. 44.15. מַה הַמַּעֲשֶׂה הַזֶּה אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם. Quod (quale) opus (facinus. *Quel ouurage*) hoc eſt quod feciſtis? quod Græci verterunt, τί τοῦτο ἐποιήσατε, Cur hoc feciſtis? ſenſu non reddito: niſi forte ὃ (pro ὅπερ, quod) poſt τοῦτο, propter præcedentem ſimilem literam ο, perierit. Sic enim, ſi lectioni veteris interpretis inſiſtamus, articulus οἱ perditus eſt, 1. Theſſ. 4.16. poſt, οἱ νεκροί. Nam quod hodie legimus, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν χριστῷ (*Et mortui in Chriſto*) vetus interpres habuit, *Et mortui qui in Chriſto ſunt*, καὶ οἱ νεκροὶ οἱ ἐν χριστῷ. Quæ lectio melior videtur propter eandem ſententiam, verſ. 14. ubi ſunt ὁ κοιμηθέντες διὰ τοῦ Ἰησοῦ, qui hic οἱ νεκροὶ ἐν χριστῷ. διὰ enim illic uſurpatur pro ἐν, ſi conferas cum 1. Cor. 15.18. Ad hanc veteris interpret. lectionem, & præpoſitionis διὰ, acceptionem, accedit quoque quod legimus Apoc. 14. verſ. 13. οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες. *Quis globus, ô cives, caligine voluitur atra?* Æneid. 9. *Quis* (inquit Servius) *eſt admirantis, non interrogantis*, id eſt, *Quantus*.

z *Quia ederam*) Addo, *Quia*, alioqui ſubaudiendum: quemadmodum ſæpe ſub-

audiuntur hujuſmodi particulæ: & ante verbum etiam illa ſuppleo omnia quæ verſ. 6. dicta fuerunt. quaſi ſit, Quia videns gratiſſimam eſſe oculis hanc arborem &c. de ejus fructu ſumpſeram & ederam. ſed à ſerpente circumventa.

aa *Maxime omnium animantium, etiam ferarum, maledicte*) Per metonymiam rem alloquitur continentem pro ea quæ continetur. Alloquitur enim diabolum qui in ſerpente erat. quaſi dicat. Diabole, omnium à Deo creatorum maxime maledicte, in ſerpente verba faciens, maxime omnium animantium. etiam ferarum, maledicto. Maledictum autem ſerpentem appellat, non propter eum, (bonus enim die quinto creatus fuerat) ſed propter diabolum: ut in quo, & per cujus os, protoplaſtos decepiſſet: (Sic maledictæ ſunt aquæ, Num. 5. 18. 19. non propter ſe, ſed propter eventum: ſic maledicta terra propter Adamum, verſ. 17. infra: ſic maledicit terræ Deus propter homines, cap. 8. 31. infra:) diabolum autem maledictum, ipſius culpa & vitio. Ita ſignificatio maledictionis ſerpentis, paululum à ſignificatione deflectit maledictionis diaboli: ut utraque, maledictio quidem ſit: ſed non eadem, nec omnino ſimilis. cujuſmodi deflexiones paulo poſt etiam apparebunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Ne novæ autem videantur, ita uſus eſt Iobus cap. 1. 21. nomine matris. *Nudus*, inquit, *egreſſus ſum ex utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* nempe in uterum matris meæ. Priore loco matrem ſibi propriam, quæ ipſum genuerat, (Vide Hoſ. 2. 3. Ierem. 32. 26.) intelligit: altero autem, terram (Iob. 34. 15): ex qua per Adamum, ob id verſ. 19. pulverem appellatum, natus eſſet. Chaldæus paraphraſtes vertit, *In domum ſepulchri*. Locus autem ſatis explicatur, 1. Tim. 6. 7. Duas itaque Iobus habebat matres: ſed illam, peculiarem: iſtam, omnium hominum communem. Sic eodem matris nomine uſus eſt Eccleſiaſticus cap. 40. 1. Iobum, opinor, imitatus. אָרוּר אַתָּה. Verto per vocandi caſum uſque ad verſus ſequentis initium. Sic Luc. 1. 28. quum angelus Mariam hac ſalutatione, χαῖρε κεχαριτωμένη, ſalutaſſet, aliis verbis ſalutationem geminavit, τοῖς, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ (בְּרוּכָה אַתְּ) ἐν γυναιξίν. id eſt, Dominus (ſit) tecum, maxime mulierum benedicta: (quæ Hebraicæ ſalutationis ratio Boozi eſt ad ſuos meſſores, Ruth. 2. 24. ad quam accedit hæc Paulina, *Dominus Ieſus Chriſtus* (ſit) *cum ſpiritu tuo*, 2. Tim. 4. 21.) ubi τὸ, ἐν γυναιξὶν (Inter mulieres, ut hoc obiter dicam) Hypozeugma eſt: (Pertinet enim

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

etiam ad χαῖρε κεχαριτωμένη.) quale Geneſ. 31.52. juxta Hebr. & Græc. in vocibus, *In malum*: & Pſal. 73.25. *Præter te* (in Hebr. *Tecum*). Lucæ, 2. 34. eſt Meſozeugma in vocibus, *In Iſrael*. Sic autem Horatius ſalutationem Græcam diverſis verbis ad Celſum duplicavit.

Celſo gaudere & bene rem gerere Albinovano
Muſa rogata, refer.

id eſt, χαίρειν καὶ εὐπράττειν. Tale eſt σὺ, per vocandi caſum reddendum, Act. 4. 24. δέσποτα σὺ ὁ θεὸς, ὁ ποιήσας &c. (Domine Deus, qui feciſti). Sic de ſuo præter Hebræum addiderunt Græci, σὺ, Ierem. 16.19. κύριε σὺ ἰσχύς μου. Domine fortitudo mea. Sic quod Pſal. 2. 7. eſt, *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me*, poteſt verti, Fili mi, quem ego hodie genui, poſtula à me. Nec obſtat quod Act. 13. 33. & Hebr. 1.5. & cap. 5.5. citatur tantum, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, quaſi in eo ſit abſoluta ſententia. Nam citatur juxta Græcos, qui addunt εἶ (Es) & id tantum quod ad rem faciebat. Quale autem in eo eſt præceptum quod Chriſtus ante promittit ſe narraturum & prædicaturum, ſi abſit Imperativus, *Poſtula à me*? Ad hanc verſionem facit textus Hebraicus Geneſ. 49. 8. יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ אַחֶיךָ (Iuda tu,

cele-

celebrabunt te fratres tui.) Quem Græci & Hieronymus verterunt, *Iuda, te laudabunt fratres tui.* Maledicti autem tritum vocabulũ, &, Maledictionis, libenter retineo, ut Benedicti, &, Benedictionis: quod ex iis ſint, quibus plura intelligantur quam ut uno, vel etiam Periphraſi, exprimi poſſint. Maledictio enim imprecationem, infelicitatem, ſterilitatem, execrationem, abominationem, & alia id genus complectitur: cui contraria eſt Benedictio. Hujuſmodi ſunt Bonus, &, Bonitas. quæ ob id de induſtria ægre muto. Optimus armis dicitur Æneas. id eſt, peritus armorum, Æneid. 9.

bb *Humi ſerpture)* In hebræo eſt periphraſis, Pectore tuo, ſeu ventre (In ventrem) ambulabis.

cc *Et pulverem eſure.)* q. d. diabole, inquam, idem quod ſerpens facture. Quemadmodum enim coluber humi ſerpens & pulvere veſcens, ſurſum extra terram non attollitur, & in tenebroſis terræ antris & cavernis verſatur, vilique abjectus vivit cibo: ita nec tu pro tua malitia cœlum repetes unquam, nec cœleſtia, ſed terrena tantum in tenebris cogitabis, eo ipſo te paſcens, & in eo acquieſcens. Diabolus dicitur princeps mundi, Ioh. 12. 31. & cap. 14. 30 Deus hujus ſæculi, 2. Cor. 4. 4. Dominus mundi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mundi, & rector tenebrarum hujus ſæculi Epheſ.6.12. Vide 2.Pet.2.4. Iudæ,6. Apocal.12.7. 8. 9.12. Epheſ. 2.2. & cap. 6.12. Iſaias, 65. 25. prædicens ſerpentem nulli nociturum, *Cibus ſerpentis*, inquit, *erit* (ſolus) *pulvis:* & Michæas 7.17. *Gentes lingent pulverem ſicut ſerpentes*. Quo tendat autem noſter hic locus de diabolo allegorice dictus, potes conjicere ex ipſo Michææ verſ.17. & 16. ex Pſal. 72.8. 9.10.11. & ex Iſa. 49.23.

dd *Ob id inimicitias,)* In Hebr. וְאֵיבָה, Et inimicitiam. Sed quia hoc refero ad ſuperiora, τὸ, *Quia hoc feciſti*, verto Vau (Et) *Propterea*. Sic Pſal.116.2. *Quia inclinavit aurem ſuam mihi, propterea* (Et) *quandiu vivam*, (eum) *invocabo*. Sic cap. præced. verſ. 3. ſi componatur cum Exod. 20.11. niſi magis placeat accipere Vau (καὶ Et) pro Etiam. *Auſſi* Gallice (*Auſſi mettray-ie inimitié.*) & ante ſubaudire, Propterea, Ob id. Sic aliquando poteſt reddi Vau (καὶ. Et) in ſimilitudinis redditione, per Etiam, vel per, Sic: ut in precatione Dominica, *Sicut in cœlo, ſic in terra.* vel (Sic, ſup.) etiam in terra. Vide Proverb. 1. 24. 26. Placet autem hoc ad illa ſuperiora potius referre: quia nunc primum videtur proprie & commode pœna diabolo denuntiari. quaſi dicas. Nunc bene tibi conve-

convenit cum muliere: at poſthac, quia hoc feciſti, non bene tibi cum muliere conveniet. Inimicitias inter me & mulierem excitaſti: & ego inimicitias quoque inter te & mulierem excitabo. Quod ſi quis Humi ſerpere, &, Pulverem edere, ad pœnarum initium diabolo prædictarum malit pertineant, atque hic vertere, *Et inimicitias*, non admodum refragabor. Figurate autem Deus Diabolum in his inimicitiis non alloquitur, ſed aperte. Sic Paulus Rom. 9. 33. & cap. 10. 11. & Petrus 1. Epiſt. 2. 6. ſequuti Græcos interpretes, Iſa. 8. 14. & cap. 28. 16. tranſeunt derepente à lapide Chriſtum ſignificante, ad eum ipſum Chriſtum ſignificatum, nudum nec figuratum. *Ecce*, inquiunt, *pono in Sion lapidem*, &c. *& qui crediderit in eum*, *non pudefiet.* (Chriſtum videlicet.) Credimus enim non in lapidem, ſed in Chriſtum lapide deſignatum. Subitus eſt etiam ab arbore ſignificante, ad Nabuchodonoſorem ſignificatum tranſitus, Daniel. 4. 13. Illic enim relativum, *Eius*, arborem quæ anteceſſit, licet maſcul. gen. in Chaldæo, non refert, ſed Nabuchodonoſorem extrinſecus accerſit. Nam arbori non ineſt cor hominis, quod in cor beſtiæ mutetur. Id quod tamen prædicitur futurum ſi relativum ad arborem pertineat. Atque

hunc

hunc tranſitum ſatis oſtendit Daniel: qui quum omnes ſomnii partes repetens interpretatur, nihil de hac mutatione attingit, tanquam jam ſatis in illa tranſitione, expoſita & declarata: quam tamen ſibi ſuoque ſenſui redditus Nabuchodonoſor accidiſſe, verſ. 31. docet. Talis eſt tranſitus Luc. 2. 34. & cap. 9. 62.

ee *Et Mulierem*) id eſt, illam mulierem: propter alticulum ה in הָאִשָּׁה: ut hæc הָאִשָּׁה diverſa ſit ab illa הָאִשָּׁה, quæ ante. Illa enim, fuit mulier, Adami uxor, *Ladicte femme:* hæc, mulier virgo inſignis illa quæ Iſa. 7. 4. prædicitur הָעַלְמָה, inſignis, illa virgo, infinitis nominibus laudatiſſima & beatiſſima. Vtraque quidem fuit הָאִשָּׁה, *la femme*: ſed Heva אִשָּׁה primum, *femme*, deinde הָאִשָּׁה, ipſa uxor, *la femme*, *la dicte femme*, quaſi ſit אֵשֶׁת אָדָם, ipſa Adami uxor: (nam articuli vis etiam apud Hebræos, ſæpe relativum continet) Maria autem κατ' ἐξοχὴν, *la femme*. Galat. 4. 4. non additur articulus: ſed ſatis nota eſt mulier, nec poteſt alia ab hac intelligi: qua ratione Ieſus Chriſtus ſæpe dicitur χριστὸς, &, κύριος, pro, ὁ χριστὸς, &, ὁ κύριος. Ita הָאִשָּׁה ſecundi loci paulum deflectit à ſignificatione τῆς הָאִשָּׁה loci prioris,

ris, licet utraque vere, ut dictum eſt, dicta ſit הָאִשָּׁה. Iucunda autem eſt antitheſis: ut ſicut per priorem הָאִשָּׁה prodiit mors, ita per alteram vita. Sic paulo poſt duplex ſemen, erit quidem ſemen, ſed non uno prorſus eodemque ſignificatu. Prædicitur autem inimicitia & odium adverſus mulierem, non proprie propter eam, ſed propter ejus filium. Ita dicitur Maria Luc. 11. 27. beata propter filium, O *beatum uterum qui te geſtavit, & O* (beata) *ubera quæ ſuxiſti:* & cap. 1. 42. *O te maxime mulierem benedictam: quia* (Et, in Græco) *benedictus fructus ventris tui.* Nam (Et) pro, Quia, uſurpat ſecunda Theophylacti interpretatio, & aliquot affert exempla: quomodo ipſe etiam exponit ipſum, *καὶ*, (Et) in hymno angelico, *Et* (*καὶ*) *in terra pax*, Luc. 2. 14. Rurſus verſ. 48. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ecce enim* (ob id) *ex hoc tempore beatam me dicturæ ſunt omnes ætates.* Sic Gallice quum nebulones imprecantur, dicunt, *Va à tous les diables toy & ceux qui t'ont engendré, Toy & toute ta race:* non odio quidem parentum, ſed filii, quem velint non natum: ut ante parentes periiſſent quam natus fuiſſent.

ff *Interque tuum)* Impii & Antichriſti,
ſunt

ſunt filii & ſemen diaboli. Vide Ioh. 8. 44. Act. 13. 10. 1. Ioh. 3. 8. Luc. 22. 31. 53. Epheſ. 6. 12.

gg *Et illius ſemen*) id eſt filium ejus, nempe Ieſum, Chriſtum ſeu Meſſiam, filium Mariæ virginis ex ſemine Davidis. Vide Gal. 4. 4. Et hic quoque diverticuli eſt aliquid à notatione nominis Semen, loci prioris. Vtroque quidem loco ſemen eſt: ſed illo, pro poſteritate ſeu pluribus filiis accipitur: hoc, pro uno, Meſſia: iſto, pro filio carnali: illo, pro filiis ſpiritualibus: quomodo Iſa. 62. 4. 5. fit tranſitus & comparatio à matrimonio carnali ad ſpirituale, in Hebræo. & 1. Cor. 6. 16. extenditur ſcripturæ de matrimonio locus ad ſcortationem, quadamtenus matrimonio ſimilem, ut ea quodammodo ſit matrimonium, licet nefarium. Sic Luc. 3. 38. Adamus filius eſt Dei, creatione: quum tamen reliqui eodem verſu & præcedentibus, filii ſint generatione. Imo totius initio genealogias verſ. 23. idem filii nomen dicitur de genero. Neque novum eſt Hebraicum nomen זֶרַע (*Semen*) accipi pro uno filio. Sic enim ponitur cap. 4. 25. & cap. 21. 13. infra. Quinetiam quod Deut. 25. 5. legitur בֵּן (Filius) ibidem eſt Græcis σπέρμα (Semen): quemadmodum & Matth. 22. 25. Marc. 12. 20. 22. Matth. autem 22. 24.

Marc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Marc. 12. 19. Luc. 20. 31. τέκνα (Filii, Liberi). At Luc. 20. 28. 29. 30. ἄτεκνος (Abſque liberis), propter negationem quæ in Hebræo eſt & Græco Deuteronomio: quod vetus interpres apud Lucam verſ. 28. vertit, *Sine liberis:* verſ. 29. *Sine filiis:* & verſ. 30. *Sine filio.* Matth. autem 22. 24. τέκνα, *Filium:* Marc. 12. 19. filios: & Luc. 20. 31. *Semen.* Chaldæus paraphraſtes, pro, Inter ſemen tuum & ſemen illius, reddit, *Inter filium tuum, & filium illius.* Et Geneſ. 27. 29. filii (*οἱ υἱοὶ,* בְּנֵי) matris, ſignificant non filios, (ut ſimili phraſi, cap. 44. 8.) ſed filium matris, nempe unum ſolum Eſaum, ex verſ. 37. quemadmodum ibidem fratres, fratrem, & Hoſ. 2. 1. Sorores, ſororem. Filii enim Iſaaci duo tantum fuerunt Iacobus & Eſaus (quem hunc ibi alloquitur ipſe Iſaacus) uno partu fratres, Geneſ. 25. 24. 25. Sic etiam ſoli duo enumerantur, Eſaus & Iacobus, cap. 35. 29. Malach. 1. 2. & 1. Paralip. 1. 33. Eſaus & Iſrael, qui ipſe Iacobus eſt, Geneſ. 32. 26. Hanc unitatem intelligentes vertere Græci numero ſingulari, Eſto dominus τοῦ ἀδελφοῦ σου (fratris tui), verſu tamen 37. pluralem repetentes, & cum Hieronymo, Sororem, prædicto Hoſeæ loco. Sic cap. 21. 7. בָּנִים (filios), Græci reddiderunt *Puerum,* & Hieronymus *Filium.* Ad hunc

autem

autem locum reſpicit promiſſio Abrahamo facta, Gen. 12. 3. & cap. 18. 18. à Paulo citata, Gal. 3. 8. quæ & noſtræ hujus innovatio quædam eſt, & eo amplius repetitio. *Benedicentur in te*, inquit, *omnes familiæ terræ*. In te, id eſt, in ſemine tuo, Meſſia: qui tum in lumbis erat Abrahami: quemadmodum Levis fuiſſe dicitur in ejus lumbis, quando Melchiſedechus ei factus eſt obvius, Hebr. 7, 10. Atque ob id cap. 22. 18. & cap. 26. 4. loco τοῦ, *In te*, dicitur, *In ſemine tuo*: capite autem 28. 14. utrumque exprimitur, per copulam, *Et*, (quæ ſervit interpretationi) conjunctum: ut manifeſte τὸ, *In te*, valeat τὸ, *In ſemine tuo. Et benedicentur*, inquit, *in te omnes familiæ terræ*, *&* (Id eſt) *in ſemine tuo*. Luc. Act, 3. 25. ex illis capitibus Græcis, 12. 26. & 28. citat, καὶ τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς, omittens præpoſitiunculam ἐν, ante dativum, τῷ σπέρματι, velut vacantem: quum in verbo compoſito ἐνευλογηθήσονται, recuperetur. Neque enim capite 22. legitur compoſitum, ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου: ſed ſimplex, εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου. Sic Latine dicimus pro eodem, Ineſſe in homine, &, Eſſe in homine. Paulus Galat. 3. 16. locum obiter exponens, & ſemen pro filio ſingulari numero, non pro filiis nume-

numero multitudinis , accipiendum docens, inſtar Lucæ citat eam loci partem, quæ ſola ad rem ipſius facit, καὶ τῷ σπέρματί σου, abſque, ἐν, præpoſitione (licet verſu 8. juxta quædam exemplaria citaſſet, ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ: quemadmodum Græce legitur, Geneſ. 12. 3.) ipſam præpoſitionem in tacito compoſito, ἐνευλογηθήσονται, intelligens, οὐ λέγει, inquit, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν· ἀλλ᾽, ὡς ἐφ᾽ ἑνὸς, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι χριστός. id eſt, Non dicit (ſcriptura), Et in ſeminibus (tuis) quaſi plures intelligat: ſed, In ſemine tuo, tanquam unum, qui Chriſtus eſt (.i. quod eſt Chriſtus) q.d. In Bibliis Græcis, ex quibus vobis, ô Galatæ, aliiſque Græcis teſtimonia profero, quod Hebræa non intelligatis, non ſcribitur dativus pluralis numeri, σπέρμασι (In ſeminibus) qui numerus in hoc nomine Græcis uſitatus, abſq; controverſia plures liberos, ſeu filios, ſeu nepotes notaret, ne de unico Ieſu Chriſto locum omnino intelligere poſſemus: ſed ſingularis dativus σπέρματι (In ſemine): quod nomen ſingulare, licet de pluribus dicatur, hic tamen de unico eſſe intelligendũ aio, nempe Ieſu Chriſto. Quod ſi relictis Græcis Bibliis velimus argumentari Paulum ex Hebraicis, ſenſus hic erit. Quum dicit ſcriptura, Et in ſemine tuo, dico non intelligi, Et in ſeminibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

minibus, velut de multis hominibus numero plurali: quaſi hic ſemen plures notet, & τὸ, In ſemine, idem ſit cum, τοῖς, In ſeminibus, ſeu poſteris: ſed tanquam de uno ſolo, Chriſto. Tale ſit, ſi Paulus dicat, Nō dicit, Et in liberis, velut de multis filiis, ut alibi ſæpe: ſed tantum de uno, qui Chriſtus eſt. Liberi enim etiam dicuntur de filio unico, vel unica filia. Ad hunc modum lumborum Davidis fructum, qui fuit plurimus, reſtringit Petrus ad Meſſiam, Ieſum Chriſtum, Act. 2. 30. 31. 32. de quo, vero Salomone, ipſe David ſuperiorem repetit promiſſionem, Pſ. 72. 17. Scio equidem in epiſtolis Paulinis fideles Chriſto incorporari, Chriſtum induere, Eſſe Chriſti, Eſſe in Chriſto, In Chriſto filios eſſe Dei, Membra eſſe corporis ejus, cujus caput ipſe ſit, Eſſe ex carne ejus & ex oſſibus ejus, imo & eccleſiam Chriſtum dici: quod ſi Chriſti ſint, eos eſſe Abrahami ſemē: Abrahami autem ſemen illud ipſum eſſe, inter quod & ſemen diaboli, grave illud & implacabile odium erat ſerendum: ſed quia per Chriſtum illud ſunt, ita ut ſine Chriſto tales ſubſiſtere nequeant, quales tantum per adoptionem ſunt, ob id his præteritis, odium hoc & inimicitias cum diabolo, ad unum Chriſtum volo reſpicere. Huc accedit, quod Chriſtus caput ſerpētis ex ſeipſo

conte-

conterit: illi, in eo tantum, & per eum.

hh *Quod caput tuum conteret, attrito interim eius abs te calcaneo.*) In Hebræo. *Ipſum conteret tibi caput, & tu contriveris illi calcaneum.* Primum enim utrobique verbum idem eſt שׁוּף. Deinde Hebræi pro futuris modorum verbi, unum habent Indicativi: quod modo per Optativum, modo per Subjunctivum, pro re nata vertendum eſt. Quod ad verbi שׁוּף ſignificatum attinet, is eſt priore loco, conterendi pedibus, ex Rom. 16. 20. ubi huc reſpicitur pro membris videlicet hujus ſeminis. *Deus*, inquit, *pacis* συντρίψει (conteret) *brevi Satanam ſub pedibus veſtris*. quaſi dicas, Brevi facietis per Deum, quod Semini mulieris, proinde & vobis ejus membris, eique incorporatis, promiſſum eſt Gen. 3. his verbis, *Ipſum conteret caput tuum.* Ergo hic Conterere, Conculcare pedibus eſt. Sic Lucas cap. 10. 19. dicit, *Ecce do vobis poteſtatem* τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, Ambulandi ſuper ſerpentes, id eſt, Conculcandi pedibus ſerpentes. In quo Hebraiſmum Lucæ ſequutus eſt Pſalmi, 91. 13. ubi eadem ſignificatio verbo diverſo iteratur. A quo Hebraiſmo alius etiam eſt non abſimilis, unico verſu, 24. repetitus, Ioſ. 10. tam in Hebræo quam Græco, *Ponere pedes ſuper:* quem priore loco ſervavit Hieronymus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mus, altero vertens, *Pedibus calcare.* Sic verbum ipſum שׁוּף (quod hic Græci vertunt τηρεῖν, vel potius, τείρειν eadem ſignificatione, & Paulus συντρίβειν ὑπὸ τοὺς πόδας) Græce redditur Pſal. 139. 11. καταπατεῖν, Conculcare, quod eſt καταπατεῖν τοῖς ποσὶν, (Conculcare pedibus) Ezech. 34. 18. Cicero dicit, Proterere & conculcare. At hæc verbi שׁוּף ſignificatio ſecundo loco omnino quadrare non poteſt: quod calcaneus pedibus non conculcetur, nec pedibus ſupponatur. Quo fit, ut parum & hic à priore ſignificatione ſit divertendum, ſitque potius Allidere, Illidere, & Atterere, quam Conterere: ut pede fiat contritio, morſibus vel ſibilis colubri venenatis attritio, illiſio. Sic quum Gallice dicitur *Fouler aux pieds*, &, *Avoir les pieds foulez*, aut membra alia, non poteſt loco dici poſteriore, Calcari pedibus: & tamen utrobique eſt *Fouler. Eſcacher* Gallicum, & *Eſcarbouiller*, ſatis etiam propria ſunt: quæ non modo pedibus, verumetiam piſtillo, baculo, malleo, pugno, lapide, vel alio fiunt inſtrumento: nec conculcatione ſola, ſed & attritione & colliſione. Non minus enim calcaneus & tibia dicuntur *Eſcarbouillez*, *Eſcachez*, ſi currus aut aliud quippiam ea attriverit, quam ſi quis lapidis jactu, baculi ictu, aut pedis

vel

vel calcanei conculcatione caput contriverit. Calcanei dico. Non ſolum enim toto pede, ſeu tota pedis planta, ſed & calce ſolo, id eſt parte calcis infima, non cava, ſed ſolida, rotunda, volæ proxima, terram contingente, fit conculcatio. Huic enim parti, ſublata interim & ſublevata paululum reliqua planta, innitentes & inſiſtentes, rem conculcandam preſſius & fortius calcamus, velut terræ infixuri. Hæc proprie eſt Conculcatio, à nomine, Calx: quod calce, ſeu calcis fiat parte. Propter quam colubri plaga à calcante accepta, vel jamjam accipiēda, ſe tutaturi & conſervaturi, ipſum calcantis atterunt & illidunt calcaneum. Hoc Galli dicunt *Fouler*, (*Eſcacher*) *du talon*, *Marcher deſſus du talon*, *Talonner*: quanquam hoc poſtremum frequentius ad poſtremam tali partem refertur: ut quum de eo dicitur, qui abſque calcaribus equitans, *ne fait que talonner*, quanquam etiam ſecus in incauti calcaneum, & nihil tale cogitantis inſidioſe ſerpens, ut jam ſupra dictum eſt, emergit & irrepit. *Froiſſer*, &, *Briſer*, Gallica, leviora ſunt, quam ut utrique ſatisfaciant antitheto. Ad ſecundum quidem poſſunt accommodari: ad alterum, quod necem minatur, non item. Matthæo 21. 44. in ſimili prope ſententia unicum verbum

bum non eſt ſatis, ſed duo magis placent: alterum levioris, alterum gravioris ſignificationis: illud priore, iſtud altero poſitum loco, ὁ πεσὼν, inquit, ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ᾽ ὃν δὲ ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. Qui ceciderit ad hunc lapidem, confringetur: ſuper quem autem ceciderit, hunc ille comminuet. Qui ceciderit ad hunc lapidem, id eſt, Qui ad lapidem hunc impegerit, atque ita ceciderit, Qui ad hunc lapidem ceciderit per impactionem. Ita enim dicitur Chriſtus lapis offendiculi & caſus, ad quem plurimi ſint impacturi & caſuri, Iſa. 8. 14. Vide locum. Nam & ad eum alludit Matthæus. συνθλασθήσεται, *Confringetur*, id eſt, aliquod membrum franget. *Il ſe rompra quelque membre.* Vel, *Il ſe bleſſera.* Vulnerabitur, Plagam accipiet. Verbum enim Hebraicum מָחַץ Græci verterunt, θλάσω (Infringam, Tundam) 2. Samuel. 22. 39. Pſal. 100. 5. 6. συνέθλασεν, &, συνθλάσει (quæ interpres reddit, *Confregit*, &, *Conquaſſabit*:) Pſal. 18. 39. ἐκθλίψω (Confringam:) Deuter. 32. 39. πατάξω (Percutiam, vulnerabo:) & Iob. 5. 18. ἔπαισε (Percuſſit, vulneravit). Quin & ipſe Hieronymus per periphraſin, vulneris per hoc verbum mentionem facit, Iudic. 5. 26. & Habac. 3. 13. vertit, *Percuſſiſti*: ut omnino minus ſit συνθλᾶσθαι quam λικμᾶσθαι: ut

nimirum per prius quis ex ſuo lapſu poſſit ſurgere, non autem ex lapidis caſu per poſterius: licet conſtans non ſit hæc differentia. Iſa. enim 8. 15. וְנִשְׁבָּרוּ (Et confringentur) Græci verterunt, καὶ συντριβήσονται, quod ſolent vertere Latini, *& conterentur*. λικμᾷν autem ſignificat *Elidere*, *Eſcacher*, *Eſcarbouiller*. Propterea λεπτύνειν & λικμᾷν, licet apud idoneos authores Græcos nulliús ſint aut parvæ differentiæ, conjunguntur tamen & differunt Daniel. 2. 44. de lapide è monte ſine manibus abſciſſo, (quo, ut & ad Iſaiam, videtur alluſiſſe Matthæus) id eſt, de Chriſto è cœlo in terras demiſſo, homineque abſque virili ſemine, ſed Spiritus ſancti vi, in Maria virgine concepto, & ex ea nato. ἐπὶ autem prius, mihi valet Ad, Contra: poſterius vero, Super: licet utrobique eundem habeat caſum: Sic עַל Hebraicum, utrumque notat. Cæterum à priore ſignificatione verbi שׁוּף, eſſe deflectendum intellexit & Hieronymus; ut qui licet initio juxta Hebræum & Græcum, verbo, Conterere, fuiſſet uſus, ad verbum tamen, Inſidiari, deſciverit. *Et tu*, inquit, *inſidiaberis calcaneo eius*, Græcorum ſequutus lectionem (quam mox depravatam docebimus) τηρήσεις, Obſervabis, Inſidiaberis:

quum

quum utrobique in Hebræo, ſicuti dictum eſt, verbum שׁוּף, locum habeat, ut in Græco incorrupto, τηρήσει, & τηρήσεις. Placuit autem ei magis, Inſidiari quam, Obſervare, ut clarius diaboli dolos explicaret, ex inſidiis incautos adorientis Epheſ. 6. 11. Mirum tamen eſt defeciſſe ab integra lectione, τηρήσεις: quum in Quæſtionibus Hebraicis in Geneſin, diſerte melius legi dicat, *Conteres. Ipſe*, inquit, *ſervabit caput tuum, & tu ſervabis eius calcaneum. Melius habet in Hebræo, Ipſe conteret caput tuum, & tu conteres eius calcaneum. Quia noſtri greſſus præpediuntur à colubro, & Dominus conteret Satanam ſub pedibus noſtris velociter.* Hucuſque Hieronymus. Vnica dictio הַכֵּלִים (τὰ σκεύη, Vaſa: Sarcinæ.) geminatur 1. Sam. 17. 22. quæ priore loco ſarcinam Davidis, quam humeris geſtabat, ſignificat: altero, impedimenta bellica: *Le bagage de l'armee.* Huc facere poſſunt voces, οἱ νεκροὶ (Mortui) Matth. 8. 22. &, ὁ θερισμὸς (Meſſis) Ioh. 4. 35. eodem verſu iteratæ, diverſa tamen ſignificatione. Sic verbum Accipere, ſemel dictum in Hebræo, at repetitum in Græco, 2. Reg. 15. 27. accuſativorum reſpectu diverſorum, τῶν, Veſtes, &, Oliveta, ſignificat Accipere, &, Emere: quemadmodum docte & eleganter vertit Hieronymus, *Accipere*

veſtes, &, *Emere oliveta.* Imo unico verbo αἴρειν (Tollere) non repetito, duo diverſa duorum diverſorum accuſativorum reſpectu notat Iohannes, 11. 48. *Venient Romani, & ἀροῦσιν noſtrum & locum & gentem.* id eſt, Et delebunt (deſolabunt) locum noſtrum, (Habitationem noſtram, Noſtras ſedes) & tollent (Auferent, Transferent, Deportabunt) gentem noſtram. Ita locum noſtrum deſolabunt, & habitatoribus vacuefacient, ut velut e medio ſublatus non ſupereſſe videatur. αἴρειν aliquando ſignificat ἀφανίζειν, Deſolare, ut Hoſ. 2. 12. Inde ἀφανισμὸς, Deſolatio, Hoſ. 5. 9. Sic verbum Hebraicum פָּתַח, pro, Aperire, & Solvere, quod eſt finitimum, uſurpatur. Dicimus etiam Latine ut Aperire ænigma, ſic ænigma ſolvere, quemadmodum & Nodum ſolvere. Et revera ſaccus ligatus, eſt clauſus: & apertus, ſolutus. Ita Luc. 1. 64. unicum ἀνοίγεσθαι (Aperiri) ponitur pro. Aperiri & Solui. Ἀνεῴχθη, inquit, τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ. Apertum eſt os ejus illico, & ſoluta eſt lingua ejus. Id quod probe etiam Marcus intellexit cap. 7. 35. Vni enim ſurdo & muto narrat Ieſum, quum in illius auriculas digitos ſuos miſiſſet, linguamque tetigiſſet, utrumque malum ſanaturus, unico Imperativo Chaldaico con-

contentum, dixiſſe, ἐφφαθὰ (Ephphata. In Chaldæo אֶפְּתַח. quod magis ad veteris Interpretis accedit lectionem, Ephpheta.) quod & ipſe Marcus interpretatur, διανοίχθητι, id eſt, Adaperitor, id eſt, Adaperitor & ſolvitor. Sequitur enim continuo per Apodoſin, *Et ſtatim adapertæ ſunt eius aures, & ſolutum vinculum linguæ eius.* Servius in illud octavi Æneid.

-- & angit inhærens
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur.

Angit guttur, ait, *bene dicimus: Angit oculos, non procedit. Ergo Angit, ad unam rem pertinet* &c. *ut ſit, Angit guttur, & eliſos oculos facit.* Hæc Servius: qui & exemplum locutionis illius affert, τὸ,

Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex aliis. *Nam fortuna*, inquit, *non diſcitur.*

Et poſtea in illud,

-- tu Creſſia mactas
Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonẽ.

Mactas, bene ad leonem, inquit, *quem interemit, refertur. Nam Cretenſem taurum non mactavit, ſed incolumem ad Euryſtheum perduxit. Vno tamen verbo utrumque ſæpe concluditur.* Rurſus in illud Georgic. 1.

Ne tenues pluviæ, rapidive potentia ſolis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

verbum Adurat, inquit, *ad ſolem & ad frigus pertinet. Nam uno ſermone duo diverſa concluſit, quæ tamen unum, aut quaſi unum, effectum habent.* Hucuſque Servius. Quæ phraſis etiam eſt Pſal. 121. 6. in Græco, *Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem.* His & ſuperioribus exemplis, ut diſputationem hanc abſolvam, nullaque Acyrologia, aliave remora, ſeries fluat orationis, nihil addubitarim שוף poſterius accipere pro, Percutere, Vulnerare, Pungere, Mordere, Venenatas plagas infligere. Nam & ipſe Hieronymus, ut dictum eſt, explicans contritionem à colubro, nihil aliud quam greſſuum noſtrorum appellat præpedimentum ab eo, ut & in contextus verſione, Inſidias: quæ profecto multo leviora ſunt. Redit autem Deus his verbis ad allegoriam. quaſi dicas, faciet tibi, diabole, ſemen iſtud, quod colubro fieri ſolet ut necetur, nempe ut conculcetur caput ejus, aut amputetur: quod ni fiat, non plane occiditur. Contra autem facies ſemini, quod coluber: qui incauti & incogitantis calcaneum ex inſidiis adoritur (vide Geneſ. 49. 17. in Græco). Tu quidem Chriſtum, ſemen illud multis variiſque modis, vel inſidioſe, infeſtabis, affliges, & divexabis: ſed tandem te ſuperior, tuique victor evadet.

Quod

Quod illi membriſque ejus facies, erit velut calcaneo cruciatum inferre, vili corporis extremitati: qua veneno puſtulata, læſa, & attrita, vita tamen ſupereſt: Neque enim plaga lethalis eſt.) quod ille tibi, erit velut caput contundere, comminuere & conterere, principem corporis partem: qua contrita, nulla ſpes vitæ ſupereſt. Porro autem nullum caput eſſe nocentius colubri capite aſſerit Eccleſiaſticus cap. 25. 21. & epiſtola ad Præſidium inter opera Hieronymi, dicit colubrum caput ſuum celare, ubi ſcit eſſe mortem: ut videlicet arduum & difficile ſit ejus caput conterere. Non me fugit pleroſque ſcribere colubris ſeu ſerpentibus dentes non ineſſe, ut mordere dici non poſſint, ſed tantum lingua & ſibilis (Vide Pſal. 140. 4.) venenum inſpirare: at ut non habeant, mordent tamen vel vulgi opinione, quod ſibila illa & puſtulas, morſus appellat. Itaque mordent, quod mordere videantur. Sic Servius in 8. Æneid. dicit Maronem præpoſuiſſe tonitrui ſonitum fulgetris: quia ſic hominibus videatur: licet re vera prior ſit colliſio nubium, unde ignis micat. Sic Herodes, qui tetrarcha tantum erat Luc. 3. 1. vulgi appellatione dicitur rex, Marc. 6. 14. Lucas cum Philippo Ioſephum vocant patrem Ieſu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ille cap. 2. 33. 41. iſte Ioh. 1, 45. & Iudæi Luc. 4. 22. Ioh. 6. 42. quum pater non eſſet, ſed exiſtimaretur etiam annum fere triceſimum jam ingredientis, Luc. 3. 23. Sic Remi & Romuli nutricem lupam Maro vocat matrem, Æneid. 8. quippe quam pro matre haberent, & quæ talis videretur. & lib. 9. *Teucrum mirantur inertia corda. Non revera*, inquit Servius, *ſed ſicut hoſtibus videbatur.* Vide Proverb. 23. 32. Eccl. 10. 8. Contritionem capitis ſerpentis, diaboli, & attritionem calcanei ſeminis, Chriſti, paſſim videre eſt in ſcripturis, maxime Novi teſtamenti, & hiſtoriis eccleſiaſticis. Cæterum antequam ſerpentis maledictioni finem imponam, non abs re fuerit, ſi admoneam in Græcis quibuſdam Bibliis depravate legi τηρήσεις, &, τηρήσει (Obſervabis, &, Obſervabit) pro, τειρήσεις, & τειρήσει (Conteres, &, Conteret): quam tamen corruptionnm pleriq; quum locum laudant, aut ejus mentionem faciunt, aut ad eum alludunt, ſequuti ſunt. Neque hic ſolum (ut & hoc addam) in Bibliis Græcis peccatum eſt, ſed aliis ſat multis locis: quorum errata vetus interpres Latinus ſequutus, ſenſum locorum non reddidit. Ex his quatuor modo commemoro. Pſal. 4. 8. ἀπὸ καρποῦ (A fructu) pro, ἀπὸ καιροῦ (A tempore, id eſt, Magis quam

quam tempore): quod poſterius etiam legit Auguſtinus: Pſal. 72.14. ὄνομα αὐτῶν (Nomen eorum) pro, αἷμα αὐτῶν (Sanguis eorum. Vide Pſal. 9.13. quod eſt θάνατος (Mors), Pſal. 116.15. (Vide Deut. 32.43): Pſal. 132.15. χήραν (Viduam) pro, θήραν (venationem. Eſcam): Eccli. 23.33. ἐν στόματι (In ore) pro, ἐν σώματι (In corpore). Nam quod Pſal. 2.12. legimus, *Apprehendite diſciplinam*, vitium non eſt codicis, ſed interpretis polyſemia nominis παιδεία, hallucinati: quod hic filiationem, ſi dicere liceret, ſignificat, ſaltem infantiam & pueritiam: ut ſit, Prehendite (*Prenez, Empoignez à bras de corps, Embraſſez*) filiationem (id eſt, filium), vel, Infantiam, Pueritiam (id eſt, Infantem, Puerum, בַּר in Hebræo, filium, nempe Meſſiam, de quo paulo ante): niſi forte primum ſcriptum fuerit παιδίας, deinde παιδείας, pro παιδίας: quod tamen aliquando pro ipſa παιδία uſurpatur. Nam & verſ. 7. hujus Pſalmi, de nativitate Chriſti carnali loquitur, non de reſurrectione, nec de æterna à patre Deo generatione, ex Act. 13.31.32.33. ſiquidem locus conferatur cum Act. 3.22.25.26. ubi Chriſtus dicitur etiam ὁ παῖς (filius) Dei, quemadmodum & Act. 4.27. Quæ cauſa eſt, cur magis παιδίαν, ſive παιδείαν, filiationem interpreter (id eſt, filium): & ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ſubaudiam articulum τῆς, vim ἀναφορικὴν habentem: quaſi dicas, Illam ſupradictam filiationem, Supradictum filium. Sic enim ſubauditur articulus ה ante בָּר, vis ejuſdem: quaſi ſit הַבָּר, filium illum ſupra memoratum. Sic etiam ante מְלָכִים (Reges): ut ſit, vos ſupra dicti reges. Nam quemadmodum initio Pſalmi, regum terræ & principum mentionem fecerat: ita eoſdem hic admonet: niſi quod vice verſa, hic ſunt reges, qui illic reges terræ: illic principes, qui hic judices terræ. Sed eodem recidunt. Principes enim dicuntur & judices. Rurſus quemadmodum verſ. 2. coitionis contra Iovam meminerat, & Meſſiam ſeu Chriſtum, ejus, qui verſ. 6. dicitur rex ab eo conſtitutus, & verſ. 7. filius ejus: ita verſ. 11. ad ſerviendum ipſi Iovæ invitat, & verſ. 12. ad ipſum filium reverendum & honorandum: ut vel propter hanc ſolam analogiam παιδία hæc, ſive παιδεία, bono jure de Meſſia ſeu Chriſto, Dei filio, intelligatur. Deinde quid Græcis veniret in mentem, ut pro בָּר, (quod filium ſonat) diſciplinam intelligerent: quam בָּר nullibi ſignificare non eſſent neſcii? Illi poſt reditum à captivitate Babylonica interpretes egerunt: ex quo tempore vox hæc Syriaca, ut aliæ Syriacæ non paucæ, tam Iudæis familiaris

&

& popularis fuit, ut ejus ſignificatio, qua filium, non diſciplinam, deſignat, ab eis non poſſet ignorari: quippe qui pro cognomine propriis eam patrum nominibus præponerent: quemadmodum Zacharias dicitur Bar (filius) Addo, Zorobabel Bar (filius) Salathielis, Ieſus Bar (filius) Ioſedeci, Eſd. 5. 1. 2. qui caput hoc cum aliis aliquot Chaldaice, Danielis inſtar ſcripſit. Sic in Novo teſtam. Simon Bar (filius) Ionæ, ſive Iohannis, Bar Ieſus, Bartholomæus, & Mar. 10. 46. Bartimæus, qui proxime per interpretationem dictus fuerat filius Timæi. Quod autem dixi articulos in Pſalmo eſſe ſubaudiendos, abſurdum non videbitur, ſi reputemus poëtice Davidem vatem cantica ſeu carmina ſcripſiſſe, licet metri genus etiamnum hodie ignoretur) & per poëticam multa ſubaudire licentiam. Porro vulgata apud multos lectio, *Ipſa conteret caput tuum*, fidem & authoritatem obtinuit: ſed nec Græcorum, nec plurimorum Latinorum veterum Bibliorum, culpa. Integram etiam intellexerunt, conſervarunt, & retinuerunt multi quoque ex Latinis patribus. Irenæus, ut habemus, Latinus, lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 78. & lib. 5. ſectione, *Omnia ergo recapitulans.* Cyprianus Teſtim. adver. Iudæos lib. 2. cap. 9. poſtquam dixiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

dixiſſet, *Hoc ſemen prædixerat Deus de muliere procedere, quod calcaret caput diaboli, in Geneſi,* citat locum hunc juxta Græcos, qui habent, *Ipſe* (οὗτος), ut, ſicut dictum eſt, & veteres Latini quidam codices: & Leo Papa ſub initium Sermonis 2. in nativit. Domini, *Denuntians,* inquit, *ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxii capitis elationem ſua virtute contereret.* Facilis autem fuit lapſus ab, *Ipſe,* ad, *Ipſa*, maxime quum intuitu primo non appareret quo referendum eſſet maſculini generis relativum, *Ipſe:* contra autem præceſſiſſet antecedens fœmininum, Mulier: cum quo bene conveniret ipſi relativo fœminino, *Ipſa*. Sed convenientia hic eſt ut apud Græcos, cum re, non cum voce: ut apud Terentium, *Vbi eſt ſcelus, qui me perdidit?* Rurſus,

> --- *Verum, Demea,*
> *Curemus æquam uterq; partẽ, tu alterum,*
> *Ego vero alterum.*

Alterum enim refertur ad rem, non ad vocem. Et Matth. 28.19. *Docete omnes gentes, baptizantes eos.* μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς. In Hebræo nulla eſt difficultas. Nam & Antecedens זֶרַע Semen) & Relativum הוּא (Ipſum) ſunt maſculina. Res autem, eſt Meſſias ſeu Chriſtus: quanquam & οὗτος (Ipſe) poteſt referri ad ſemen,

ſemen, ſi modo, σπόρος, maſculini generis, ſubintelligas, ejuſdem ſignificationis cum σπέρμα, neutrius. E contrario enim Lucas, quum dixiſſet cap. 8. 5. *Sator exiit ad ſerendum* τὸν σπόρον αὐτοῦ (ſemen ſuum) maſculino genere, continuo tranſit ad neutrum, ὃ μὲν (*Aliud quidem*) &, καὶ ἕτερον (*Et aliud*) bis repetitum: quaſi ante dixiſſet τὸ σπέρμα, non autem τὸν σπόρον: & tandem verſ. 11. redit ad ſuum maſculinum, ὁ σπόρος (Semen). Sic Proverb. 4. 13. in Hebræo, נִצְּרֶהָ, cuſtodi eam) pro נִצְּרוֹ (Cuſtodi eum). Nam antecedens מוּסָר eſt gen. maſcul. Ob id ſubauditur alterum ejuſdem ſignificationis, fœm. gen. יְסִירָה cum quo conveniat relativum. Mirum autem fortaſſe videbitur, cur tam diu tam late vagatus, mendis hujuſmodi repurgandis ſim immoratus: ſed ſi pondus oraculi reputetur, primi & præcipui noſtræ religionis fundamenti, & deinde columinis, quantumque propterea interſit locum hunc habere ſartum tectum, & germanam diſcernere lectionem, undeque corruptio, ſi quando medicina erit adhibenda, manarit, cognoſcere, facile mihi, arbitror, ignoſcetur.

ii *Efficiam ut multi variique dolores tuos conceptus comitentur*) In Hebr. *Multiplicando*

cando multiplicabo conceptum tuum & dolorem tuum, id eſt, conceptus tui dolorem, Conceptuum tuorum dolores. Sic Matth. 4. 16. ex Iſa. 9. Græco, *In regione & umbra mortis*. id eſt, In regione umbræ mortis, Ex Iob. 10. 20. Sic quod Gen. 2. 7. eſt πνοὴ ζωῆς, Act. 17. 25. legitur, ζωὴ καὶ πνοή. Quod 1. Reg. 10. 9. & alibi ſæpe, eſt *Iudicium & iuſtitia*: & 1. Mach. 2. 29. *Iuſtitia & Iudicium*, in Græc. legitur Deut. 16. 18. in Hebr. *Iudicium iuſtitiæ*, id eſt, Iuſtum judicium, ut eleganter vertit Hieronymus. & 1. Mach. 12. 17. περὶ τῆς ἀνανεώσεως καὶ ἀδελφότητος. (De renovatione & fraternitate) valet, De renovatione fraternitatis, De renovanda fraternitate. Sic Virgiliana loca, *In brevia & ſyrtes, Molemque & montes, Radiis & auro*, interpretatur Servius, In brevia ſyrtium, Molem montium, Radiis auri, ſive aureis, docens eſſe ἓν διὰ δυοῖν.

kk *Magno cruciatu*) In Hebræo בְּעֶצֶב. *In dolore*, idem quod paulo ante עִצְּבוֹנֵךְ Dolorem tuum: ſed hic τὰς ὠδῖνας intelligit (Dolores partus. *Le travail d'enfant. Les maux d'enfant.*) His τῆς τεκνολογίας malis & doloribus affertur quædam conſolatio, 1. Tim. 2. 14. 15.

ll *Pendebit ex marito*) In Hebr. *Et ad maritum tuum* (erit). nempe ut abſque eo nihil agas.

mm *Maledicta)* Vide Hebr. 6.7.8.

nn *Propter te)* Sic in Hebr. בַּעֲבוּרֶךָ. Græci legerunt בַּעֲבוּדֶךָ, ד pro ר: (In opere tuo, id eſt, Operi tuo, Agricolationi tuæ) quos ſequutus eſt Hieronymus.

oo *Spinas interim & tribulos tibi productura)* In Hebr. *Et* (Nam) *ſpinam & tribulum producet tibi* (id eſt, noxiarum copiam herbarum.) quod includo parentheſi, ut proxima etiam pertineant ad vocem בְּעִצָּבוֹן (Dolore, Labore.) Vide cap. 1. verſ. 29. ſupra.

pp *Agrorumque herbis)* Omitto verbum Hebraicum וְאָכַלְתָּ (Et comedes) repetitum propter Parentheſeos interruptionem.

qq *Naſi, inquam, tui ſudore)* Repetitio eſt aliis verbis & ſignificantioribus: Sudorem enim naſi appellat maximum laborem, quo in fronte conceptus ſudor, guttatim per naſum defluit. Vide Pſal. 128.2. & τὸ, *Donec in terram revertaris*, eſt quod dixerat, *Omnibus diebus vitæ tuæ*, Quandiu vixeris.

rr *Ex ea enim ſumptus es)* q. d. Ex ea enim ſumptus in mundum veniſti: ut ne mireris ad eam te reverſurum.

ſſ *Id eſt, donec ſicut pulvis es)* In Hebr. *Quia pulvis es.* Eſt Epanalepſis, id eſt,

Pulvis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Pulvis enim, inquam es. Sic Abrahamus, ſe pulverem appellat, cap. 18. 27. infra: & David Pſal. 103. 14. Et τὸ, *Pulvis es*, ſignificat ex verſu præcedente, Ex terra ſumptus es. Creatus es. Vide Eccli. 10. 13. Daniel. 12. 2. Iſa. 26. 19. Iob. 34. 14. 15. Pſal. 103. 14. & Pſal. 146. 4. Inde dicitur pulvis mortis Pſal. 22. 16. *Et revertatur* (inquit Eccleſiaſtes 12. 9.) *pulvis in terram ſicut fuit. Comme elle l'a eſté, Comme elle a eſté terre:* & cap. 3. 20.

tt *En homo*) Ita in Hebræo, הָאָדָם enim appellativum eſt propter articulum ה: quod & hic, & verſ. 24. hominem ſignificat communis generis: ut nomine hominis intelligantur Adamus & Heva. quaſi dicas, *En homines*. Nam & cap. 5. 2. infra uterque dicitur Adam: & ambobus plurali numero idipſum prædixerat ſerpens, verſ. 5. ſupra. Quod verſu proximo fuit, Adamo & uxori ejus, Chaldæus paraphraſtes vertit tantum, *Adamo*, hoc nomine & uxorem ejus Hevam intelligens.

vv *Quatenus bonum diſcernit & malum.*) In Hebræo, לָדַעַת טוֹב וָרָע. Propter (Per ſcientiam boni & mali, Sciendo bonum & malum, Sciens bonum & malum (ut docte vertit Hieronymus) Quod ſciat bonum & malum. *Par (Pour) ce qu'il ſçait diſcerner*

diſcerner entre le bien & le mal: Hactenus autem tantum, dicitur hic Deo ſimilis. Neque enim hac ſimilitudine intelligendi ſunt ad plenam, ſummam & omnibus numeris abſolutam protoplaſti acceſſiſſe Dei ſapientiam & prudentiam, ſed ſcintillulam tantum, & ſi quid eo minus dici poteſt, eamque non omni propter naturæ corruptionem, ſua luce lucentem. Vt enim per omnia cum re cui accommodatur, conveniat, ſimilitudo non requiritur. Aliquatenus autem prudentes evaſiſſe, (ſi modo contra Dei mandatum cautum eſſe, prudentia eſt) nemo inficietur. Se enim excuſant & abdunt. Nam Ironia mihi non valde probatur: quum ſerpentis de hoc prædictio ad rem collata ſit, Deuſque minarum ſuarum fidem præſtiterit, & ne quid ſimile de arbore vitæ fiat, timeatur, nempe ne ſicut per eſum arboris prudentes ſunt & intelligentes, ita per arboris eſum omne ad tempus vivant. Quod ſi quis de plenæ perfectæque divinitatis participatione malit ſimilitudinem intelligere, ut is fuerit ſcopus ſerpentis, quo protoplaſti contenderint, Ironia rejici non poteſt: & analogice mutandæ de ea re ſuperiores erunt annotationes. לְדַעַת ſeu ſit Infinitivus ſeu Nomen (utrumque enim eſſe poteſt) præfinitum & præſcri-

ptum

ptum ſimilitudinis ſcopum oſtendit. Atque ob id Moſes non dicit hic, Sciens, ut Scientes, verſ. 5. tanquam illud יֹדְעֵי per hoc לָדַעַת, interpretetur.

xx *Nunc ergo ne &c.*) Eſt Apoſiopeſis accelerantibus conveniens : alioqui ante ἵνα ſæpe verbum aliquod reticetur. Similis eſt Matth. 25. 9. Locutio autem poteſt abſolvi ex ſequente verſu, ***Nunc ergo ne*** &c. ejiciamus eum ex horto.

yy *Quoque*) גַּם quaſi dicas, Ex hac ſicut ex altera ſumpſit. Proximæ enim erant. Vide cap. præced. verſ. 6. & verſ. 3. ſupra.

zz *Atque adeo eiecit*) In Hebr. וַיְגָרֶשׁ אֶת־הָאָדָם *Et eiecit hominem*, Eiecit, inquam, Imo vero ejecit. Plus eſt enim ejicere quam emittere.

aaa *Delectos Cherubinos*) Propter articulum הַ. Nomen autem eſt Hebraicum numeri pluralis כְּרֻבִים, in ſingulari כְּרוּב: quod figuram humanam alatam ſignificat. Hanc figuram habuerunt hic angeli.

bbb *Cum gladiis flammantibus*) In Hebr. וְאֵת לַהַט הַחֶרֶב Et flammam gladii, id eſt, Gladium flammæ, id eſt, Gladium flammantem, ut verterunt Græci φλογίνην ῥομφαίαν. Sic ἐν φλογὶ πυρὸς (In flamma ignis) Act. 7. 30. &, ἐν πυρὶ φλογὸς (In igne flammæ)

mæ) 2. Theſſal. 1. 8. Ignem flammantem ſignificant. Singularem autem accipio pro plurali, quia Cherubini plures erant.

ccc *Quos hac illac circunverſarent*) Ne qua videlicet pateret aditus. In Hebræo, הַמִּתְהַפֶּכֶת. Qui (gladius) ſe vertebat, id eſt, ſe circunvertebat. Tribuitur inſtrumento, quod eſt inſtrumento utentis. Porro autem ſub privatione vitæ in terra apud homines perpetuæ, intelligitur & vitæ privatio in cœlo apud Deum etiam perpetuæ: quæ aliquoties mors ſecunda dicitur in Apocalypſi. Vide Sap. 2. 24. Ioh. 8. 44. Rom. 5. 12. 14. 15. 17. 1. Cor. 15. 21. 56. Cæterum licet ita ſit præcluſa ad vitam in cœlo æternam via per Adamum: per Chriſtum tamen, Adamum ſecundum, aperta eſt, Rom. 8. 1. 3. 4. & cap. 5. 15. 16. 17. Hebr. 4. 16. & cap. 10. 19. 20. Imo edendi ex ipſa vitæ arbore facultas datur fidelibus, Apoc. 2. 7. & cap. 22. 14. de qua verſ. 2. illius capitis. Nam quod ad arborem vitæ attinet, cujus ſit mentio Prov. 3. 18. & cap. 11. 13. alluſio tantum eſt, & cum hac comparatio, ex verſu, 22. ipſius cap. 3. ut quæ illic laudantur, ea tam expetenda ſint, & haud minora conferant, quam vitæ arbor.

Petri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

PETRI PICHERELLI

APPENDIX AD Diſſertationem de Miſſa:

De Maldonati duabus prælectionibus In Pſalm. cx. *ad* V. F. P.

LVtetiæ ſuperioribus diebus quum vir eximiis dotibus a Deo bene donatus Maldonatus, Pſalm. cx. magno & longo apparatu ea omnium ordinum celebritate & frequentia, quæ non poſt mille annos, & fortaſſe nunquam in prælectionibus viſa eſt, maximo hominum; qui eum omnino intelligerent, paucorum; qui pene omnino multorum; qui non intelligerent, etiam multorum: qui etiam linguas ipſas tres callerent, aliquanto: linguas ipſas duas, bono: linguam ipſam unam, maximo numero, prælegeret: Ea de re novo veluti quodam miraculo me admonuiſti, num fortaſſe vellem & ipſe intereſſe. Eo diſcendi ſemper avidus, cupide me contuli. Sed auditorii immenſi futuri neſcius, remotior ab ore docentis abfui. Quo factum eſt, ut articulatæ voces multæ ad me uſque non perſonarent: cui malo accedebat, quod profeſſoris pronunciatio μονόφθογγος non erat.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Nam quum modo vocem intendiſſet, paulo poſt remittebat, ut e contrario. Hoc tandem præſtiti, ut remiſſa cum intentis prioribus poſterioribuſque conferens & conjungens, atque ex iis etiam quæ in os prælegentis intuitus, & ab eo pendens ὑπεμνηστῶς pauca quæ dixiſſet me fugerint. Interpretabatur autem Pſalmi verſum 4. *Iuravit Dominus* &c. ad cujus interpretationem eo firmius & conſtantius aures arrigebam, quod ſuperiore lectione dicebatur prædixiſſe ſe oſtenſurum ad Euchariſtiæ Sacrificium verſum illum multum conferre, nedum pertinere. Ille igitur ut eo perveniret, Hiſtoriam de Melchiſedeco ex Geneſ. cap. 14. ut par erat, repetens, primum ingenue faſſus ex verbo contextus hebraici, quem totum non de ſcripto dixit, ſed memoria recitavit, non poſſe legi, nec reddi *obtulit*, ſed, *protulit*, quemadmodum, inquit, & Hieronymus vertit, *proferens*, per participium. Sed hoc ipſum non obſtare tamen quo minus oblatio Deo facta intelligeretur, atque ejus hæ rationes erant.

1. Punctum in contextu Hebraico abſolvit clauſulam ſeu periodum, qui ita habet, *Et Melchiſedec Rex Salem protulit panem & vinum. Et erat ſacerdos Dei altiſſimi.* Ex eo puncto ſequentia τὰ, *& benedixit*

dixit ei, ſeparanda a prioribus, ne ad hæc pertineant.

II. Atque ob id non male verti, *Et*, per, *enim*, ut ſit, *& Melchiſedec Rex Salem protulit panem & vinum. Erat enim Sacerdos Dei altiſſimi*. non quod proprie ſit ætiologia verbi, *protulit*, ſed τοῦ, *obtulit*, extrinſecus ſubauditi in ipſo, protulit, nam dicebat, non ſolum protulit, ſed & obtulit Deo. Quorſum enim niſi illorum continua ſequitur mentio ſacerdotis, quæ in eadem eſt clauſula, & uno eodemque puncto finitur?

III. Huc pertinet dubium non eſſe, Melchiſedecum, ſive ante, ſive poſt hoc factum, Deo panem & vinum obtuliſſe, quum eſſet ſacerdos. Ita cum ſit, ergo vel hic, vel illic obtulit. Achimelecum non legimus ſacrificaſſe quando panes propoſitionis 1. Sam. cap. 21. Davidi protulit (idem enim illic verbum eſt, quod in Geneſi) neque tamen ſequitur illum ibi non ſacrificaſſe.

IV. Huc etiam facit, quod vox hebraica proprie *ſacerdotem* non notat, ſed *ſacrificantem*. Rurſus proprie non legunt hebræi, *Dei altiſſimi*, ſed, *Deo altiſſimo*, caſu dandi, ut ſit, *Et erat ſacrificans Deo altiſſimo:* poſt quæ ſint ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendæ voces *panem & vinum*, ſitque, & erat ſacri-

ſacrificans Deo altiſſimo. Ipſa, panem & vinum (ſubaudi.)

v. Quod ſi panem & vinum non in Geneſi ſacrificarit, nuſquam ſacrificavit: quandoquidem nihil aliud alibi legatur ſacrificaſſe: atque ob id ſacerdos non fuerit, *omnis enim pontifex ad offerendum dona & ſacrificia conſtituitur*. unde neceſſe eſt & Chriſtum Ieſum habere quod offerat, alioqui non futurus pontifex.

vi. Addebat veteres omnes hic intelligere, Melchiſedecum Deo panem & vinum obtuliſſe, atque etiam in Miſſæ Canone eam oblationem eſſe introductam.

vii. Benedictionem etiam, quæ ſequitur, poſſe non ad ſacerdotii rationem pertinere, ut & alibi benedixit Iacobo filio Iſaacus: ſufficeret qui benedicat, eum majorem eſſe illo cui benedicitur.

Ad hæc Maldonati argumenta, ſiquidem ſatis fideliter memoriæ commendavi, ſatiſque intellexi, ordine reſpondeo. Ante tamen præfabor, me hic quæſtionem de ſacrificio, ſit ne, an ſecus, qualeve, non tractaturum: propterea quod hanc locus non fert diſputationem. quemadmodum nec eo Maldonatus eſt ingreſſus: ſed in hoc tantum incumbam, ſuperiora ut ejus argumenta oſtendam ſacrificium Euchariſtiæ ex hoc loco non colligere.

I. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

1. De Puncto, quod primum dictum eſt loco, ſic habeto. Hebræi Biblia non ſolum in libros, ſed & in ſectiones, haſque rurſus in verſus, memoriæ emolumentum, diſſecant. In verſuum autem quaque diſtinctione collocatur accentus. Porro accentus ſunt duplices: reges, qui majores ſententiarum diſtinctiones conſtituunt: & miniſtri. In verſus fine cujuſlibet voci ultimæ accentu notatæ duo puncta craſſiuncula, alterum alteri ſuppoſitum, apponunt hac forma (:) quæ verſum a verſu manifeſte ſejungunt, unde & verſus ſequens longiore interſtitio dignoſcitur. Vox autem præcedens accentu inſignitur, quem Sophpaſſuq appellant, muneriſque illius eſt periodos & verſus finire, voci ſuppoſiti, quæ lineola tranſverſa eſt hujus figuræ (ı) Periodos plurimum claudit & abſolvit, non autem perpetuo, ut reliqua ſententiæ pars a ſequenti verſu petenda ſit. Sic in verſu; *Et Melchiſedec Rex Salem deprompſit panem & vinum: & erat ſacerdos Dei altiſſimi.* Sententia ſuſpenſa licet accentu Sophpaſſuq in hoc verſu & ſequenti inter medio, duobus ſequentibus verſibus eſt perficienda. *Et benedixit ei* (dicens) *& dedit ei decimas ex omnibus.* Syntaxis quidem illic perfecta eſt, atque ipſa adeo ſententia: ſed ſi modo

nihil

nihil eſſet addendum, quod ad rem faceret: quod genus eſt colon apud græcos & latinos, Referamus ergo verſum utrumque ex hebræo contextu. *Et Melchiſedec Rex Salem deprompſit* (proprie, fecit exire, gallice *fit ſortir, fit venir, y fit apporter*) *panem & vinum: Et erat ſacerdos Dei altiſſimi: Et benedixit ei* (*& dixit, benedictus Abram Deo altiſſimo, poſſeſſori cœli & terræ: & benedictus Deus altiſſimus qui tradidit hoſtes tuos in manum tuam*) *& dedit ei decimas ex omnibus.* In quorum verſuum primo & altero dico Syntaxeos enallagen eſſe Hebræis multum familiarem, æquabilis enim ſtructura erat, aut, *Et Melchiſedec erat ſacerdos Dei altiſsimi & benedixit ei* (*Abrahæ*) aut, *& Melchiſedec Rex Salem deprompſit panem & vinum, & ipſe ſacerdos Dei altiſsimi, benedixit ei.* quæ latine ſic reddatur; *Melchiſedec quoque cum Rex eſſet Salemæ, deprompſit panem & vinum; cumque ſacerdos eſſet Dei altiſsimi, benedixit ei.* vel, *Melchiſedecus Rex Salemæ, deprompſit panem & vinum, idemque ſacerdos Dei altiſsimi, benedixit ei. Ei* autem per hypozeugma ſervit verbo, *deprompſit*, ex Hebr. cap. 7. Ita duabus dignitatibus Melchiſedeci propoſitis, duo officia, ſeu res geſtos duas decenter attribuerit, & reddiderit: Regi, liberalem munificentiam;

Pontifici, benedictionem: cui convenienter adjungitur decimarum acceptio. Tales vinculi copulativi & apud hebræos repetitiones, qui participium præteritum verbi activi & neutrius, copulamque quæ τῆ, *autem* reſpondeat, ignorant, & raro pro vocabulo, qui, quæ, quod, quum locum habere poſſet, utuntur, ſermo noſter vernaculus imitatur, *mon pere vint, & me dict que i'y allaſſe, & mi envoya querir de l'argent*, &c. Si conferatur verſio Hieronymi cum hebraica lectione, loca infinita latine ita ab eo reddita per adverbium *Quum*, aut per participium, ut tautologiam τȣ̃, *&*, vitaret, invenire eſt, etiam in eo accentu Sophpaſſuq, ut clariſſime videas perfectam ipſum accentum illic non reddere ſententiam, uti nec hic ex infinita multitudine conferto 2. Sam. cap. 23. verſib. 9. 10. 11. 12. & 1. Reg. cap. 1. 1. & cap. 20. verſib. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Si autem conferre placeat ſententias aliter imperfectas in accentu Sophpaſſuq, vide verſum 8. hujus capitis 1. Regum 3. & 7. 8. 11. 12. & cap. 14. 7. 8. 9. 10. & cap. 16. 2. 3. & Malach. cap. 1. 2. quin ex hoc noſtro Geneſ. 14. cap. tantum abeſt, ut Hieronymus poſt τὸ *& erat ſacerdos Dei altiſsimi*, ſententiam abſolvat, ut mutet τὸ, *protulit*, in participium, *proferens*, ſententiam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

tentiamque ſuſpendat ad initium uſque verſus, *Benedicit ei.* Denique ſententia hic incœpta verſu 18. finem primum habet, in calce verſus 20. Hic de accentu Sophpaſſuq ſit ſatis, ſi ante dixero verbum a græcis hic redditum, ἐξήνεγκεν, verſum a vetere Interprete, proferre, Luc. cap. 15. 22.

11. Venio ad conjunctionem, *enim*, quam ita vertendam pro vau hebraico iterum iterumque repetebat Maldonatus, ex cujus ore hoc habeo, tamen non eſſe rationis redditivam participii, *proferens*, quemadmodum eſſe certe non poteſt; atque ob id, poſt ſubaudit, *& offerens*; ut ſit oblationis, quæ ad ſacerdotem pertineat, ratio: ſed cum in contextu non legatur, & abſque ſubauditione ſenſus probe conſtet, tali nihil eſt opus adjumento. Mirum profecto tamen eſt, cur, Enim, hoc quidem loco Hieronymus verterit, niſi, quod præceſſit, ejus rationem reddat. Nam alia conjunctionis ſignificatio vix, imo ne vix quidem, huic loco convenire poteſt. omnia vetera exemplaria, quæ congeſſit Robertus Stephanus, & quæ contulit, multa conſtanter, *enim*, retinent. Ipſe codices aliquot manuſcriptos præter illa revolui, qui etiam ejus ſunt lectionis. Tantam enim codi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

cum conſtantiam falſitatis quis auſit inſimulare? atqui Hieronymus ipſe duobus locis, altero in quæſtionibus hebraicis, altero ad Euagrium, de induſtria & ex profeſſo locum ediſſerens, & accurate exponens hic vertit, *autem*, illic, & non multum diſſimili ſignificatione, ex quo efficitur, ut Hieronymus ſui immemor, à ſe ipſo diſſentire videatur. Veterum codicum, fateor, me multum movet conſenſus & authoritas: non tantum tamen quin ab eis aliquando diſcedam, ubi ex exemplarium, vel Græcorum in novo (quemadmodum ex his mendoſos quoſdam latinos codices arguit Auguſtinus epiſtola ad Seleuciam) vel Hebræorum in vetere teſtamento collatione (quod cum altero faciendum ipſe monet de doctr. Chriſt. lib. II. cap. I.) mendum diligens obſervator invenerit. Sunt enim in Bibliis, Latinis etiam Roberti Stephani, id genus multa, licet antiquis exemplaribus conſentientibus, qualia in numerato habeo plus minus ducenta, quorum pauca tamen brevitatis cauſa adferam. Pſal. 106.40. legitur, *effuſa eſt contentio ſuper principes*, pro *contemptio*, id eſt, contemptus, Pſal. 7. 10. *conſumetur nequitia peccatorum*, pro *conſummetur* Pſal. 97. 5. *à facie domini omnis terra*, pro, *omnis terræ*.

terræ. Ezech. cap. 14. 17. *Et dixero gladio, tranſi*, pro, *& dixero, gladie*, tranſi. 2. Paral. cap. 32. 17. *Cæterarum*, pro *terrarum.* ad hoc facit, quod Eſdr. cap. 9. 11. additur *cæterarumque* Iudic. cap. 7. 9. *trecenti*, pro, *centum*, irrepſiſſe videtur error ex cap. 8. 4. Sap. cap. 14. 4. *Sine rate*, pro, *ſine arte.* 2. Macchab. cap. 11. 29. *veritatem de ſingulis authoritatibus concedentes*, pro *authori.* defectus hypoſtigmes poſt vocem, *ſingulis*, vitio dedit locum, *authori*, inquam, ipſi Iaſoni Cyrenæo, cujus libri quinque in hunc unum Macchabæorum ſecundum, per Epitomen contracti ſunt. Quo ex loco, ut hoc obiter annotem, author ipſe epitomes ſatis indicat, quantum ipſi veritatis, ſeu ſinceræ exactæque diligentiæ ſit tribuendum, qui eam, non a ſe, ſed ab authore Iaſone velit requiri. Plura ex Latinis Bibliis, ne nimium ſim longus & tædioſus, non recitabo teſtimonia, ſi modo unicum ex novo teſtamento protulero. Apocal. cap. 14. 13. legimus, *amodo etiam dicit Spiritus ut requieſcant a laboribus ſuis*, pro, *amodo* (*dicit etiam Spiritus*) *ut requieſcant, à laboribus ſuis*, id eſt, ut τὸ *etiam dicit Spiritus*, ſine parentheſi confirmandi eam interjecta. ut enim, ſive græcum ἵνα, trajectum eſt, quemadmodum alibi non raro, cujuſ-

modi eſt Act. cap. 19. 4. Rom. cap. 11. 31. apudque prophanos authores, Ciceronem, Cæſarem, & Terentium. Quod ad τὸ, *etiam*, attinet confirmantis eſt, ex καὶ, græco, quod & vetus Interpres vertit, *etiam* Matth. cap. 15. 27. & cap. 11. 9. in non diſſimili loquutione. Præterea nulla eſt affinitas inter ἤδη, & γὰρ, ut vocum affinitate potuerit decipi. Quod ſi τὰ *etiam dicit Spiritus*, cum aſſeverationibus conferamus, quæ abſque parentheſi leguntur, cap. 19. 9. & cap. 22. 5. clarum erit; *etiam*, hic eſſe legendum confirmantis adverbium. Corruptam etiam invenimus aliquando lectionem in bibliis Græcis, Geneſ. cap. 3. 15. συντηρήσεις, *obſervabis*, pro συντρίψεις, *conteres*: Pſalm. 4. 8. ἀπὸ καρποῦ, *a fructu*, pro ἀπὸ καιροῦ, *a tempore*, atque ita legit Auguſtinus in hunc Pſalmum: quemadmodum contra Pſal. 131. 15. τὴν χήραν, *viduam*, pro, τὴν θήραν, *venationem*, *eſcam*, ut & hodie habetur in græco codice. Et Pſalm. 147. 10. legit ipſe σκηναῖς, *tabernaculis* pro κνήμαις *tibiis*; Pſal. 72. 14. habetur ὄνομα, *nomen* pro αἷμα ſanguis. Profecto mirum eſt quod ipſe Auguſtinus epiſt. 58. & 59. ſcribit quoſdam codices ſuo habere tempore, Pſalm. 17. 14. ſaturati ſuut, ὑοῦν *porcina*, pro, υἱῶν, *filiis*. non commemorarem autem Pſal. 112. 16. legi

ἠγάπη-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ἠγάπησεν, *dilexit*, pro, ἠγάπησα, *dilexi*, quod & habuit Auguſtini codex, niſi hoc exemplo, quanquam alioqui non temere, quadamtenus moverer ad legendum Matth. cap. 27. 10. καὶ ἔδωκα αὐτὰ, & dedit eos, pro, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ, *& dederunt eos:* nolim tamen nec in authore aliquid immutari, quemadmodum nec olim, nec hodie immutatum eſt, quod paulo ſupra eſt τὸ διὰ Ἱερεμίου, per Ieremiam, cum illic mendum agnoſcat Euſebius lib. 9. de demonſtrat. quod tamen vitium vulgo hodie legitur, & apud Tertullianum quoque lib. 4. adverſus Marcionem numero marginali 62. Sed de erratis hujuſmodi huc uſque. Redeo ad locum Geneſeos. Vau hebraicum, id eſt, *&*; non me latet ſæpe uſurpari pro, γὰρ, *enim*, nam, atque ita non raro, & quidem recte verſum eſſe ab Hieronymo ut 1. Reg. cap. 18. 4. 2. Reg. cap. 3. 2. Sed quando duobus locis, quæ citavimus, ſecus ille vertit, vix poſſum adduci, quo ſibi ipſi conſtet, ut illud, *enim*, credam eſſe Hieronymi. Quin ſit, non ſatis appoſite, pace tanti viri, redditum non diffiteor: quemadmodum parum commode, *enim*, pro, *autem*, num. cap. 12. 3. græca biblia, græcique doctores legunt δὲ, *autem*; Cyprianus epiſt. ad Cæcilium habet quoque *autem*, quem imitatus Au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

guſtinus, lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 21. totum epiſtolæ locum referens, niſi quod dicit, *Dominicum ſacramentum*, quod in epiſtola eſt, *dominici ſacrificii ſacramentum*. Quid? quod in reſponſorio veſpertino octavarum ſacramenti, ut Eccleſiaſtice loquar, canuntur authore Aquinate ipſa latinæ Geneſeos verba, inter quæ, *autem* eſt, *enim* non item? Sic in quibuſdam Breviariis & impreſſis & manuſcriptis legitur. *Melchiſedec vero Rex Salem proferens panem & vinum (erat autem ſacerdos Dei altiſsimi) benedixit Abrahæ* & ait, &c. *Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum & terram*. Ex ſuperioribus liquet, opinor, utra potius probanda lectio, an τȣ̃ *enim*, an τȣ̃, *autem*. Pergamus ad reliqua.

III. Tametſi Melchiſedecus ante vel poſt hanc hiſtoriam Deo obtulerit, & ſacrificaverit, partes obiens ſacerdotis, nihil tamen inde poteſt effici, quo ex noſtro geneſeos loco, ſacrificaſſe aut obtuliſſe aſſeramus. Nam hic eſt noſtræ cauſæ ſtatus, an ex Geneſeos cap. 14. ſacrificaſſe Melchiſedecum poſſit oſtendi, non autem aliunde. Idem de Achimelecico exemplo ſentiendum eſt, ubi certe Maldonatum fefellit memoria, quando illic idem eſſe verbum dixit, quod hic. Ibi enim hebræi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

hebræi legunt ; *& dedit illi* ſacerdos *ſanctitatem*, id eſt, *panem ſanctum*, *panes ſanctos*, ſacros.

IV. Quod ad vocabulum Hebraicum Cohen כֹּהֵן quod proprie, *ſacerdotem*, non ſignificat, ſed ſacrificantem ; primum ut donem participium eſſe præſens conjugationis primæ, ab inuſitato Cahan כָּהַן invenitur enim tantum Cihen כִּהֵן in ſecunda, dico eam vocem non ſignificare proprie, *ſacrificantem* quod eſt Zoveach זוֹבֵחַ ſed ſacra tractantem, ſacerdotio fungentem, ſacris operantem, ἱερȣργȣ͂ντα quo utitur Paulus Rom. cap. 15.16. ut non omni tempore Cohen ſit Zoveach, licet Zoveach ſit Cohen. Deinde ut ſit participium, dico accipi pro nomine verbali vel, participiali, quod vocant: caſum enim dandi, qui ſequitur genitivum, valet; quæ ſyntaxis apud hebræos non eſt infrequens; Malach. cap. 1. 2. quod eſt hebraice; *Nonne frater erat Eſau ipſi Iacobo?* Græci reddiderunt per genitivum τȣ͂ Ι᾽ακὼβ, *ipſius Iacob.* Titulum Pſalmi 120. eſt שִׁיר הַמַּעֲלוֹת qui eſt שִׁיר לַמַּעֲלוֹת tituli fere omnes Pſalmorum, atque adeo hujus noſtri ſunt, Pſalmi Davidi, id eſt Davidis : quin' & verſu 1. hebraici eſt, ſcabellum pedibus tuis, id eſt pedum tuorum : quod etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

verterunt Græci. Certe qui in Hebræo ſunt 1. Sam. cap. 1. 3. ſacerdotes domino, quod Græci verterunt, *ſacerdotes Domini.* Eodem libro cap. 22. 17. Sunt etiam Hebraice *ſacerdotes domini qui erant ſocii Simoni*, id eſt, Simonis, Luc. cap. 5. 10. utque per caſum ſecundum vertit vetus Interpres; *quæ autem paraſti cui erunt?* Luc. 12. 1. Cujus vernaculum noſtrum Idioma ſic loquitur, *la robbe a Pierre, le manteau a mon pere, de pierre, de mon pere.* Denique verſione Pauli contenti ſumus, qui participium, ἱερεύων, non reddidit, ſed per verbale ἱερεὺς, græcos imitatus, id eſt ἀρχιερεὺς (ſicut & ipſe quibus locis interpretatur) quem Hebræi הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל Haccohen hagadol appellant. nec dicit ἱερεὺς τῷ θεῷ ſed ἱερεὺς τοῦ θεοῦ ut aliunde ſit ſignificatio petenda τοῦ לְאֵל de qua paulo ante.

v. Quinti ſolutio argumenti facillima eſt, conſequutionem hanc eſſe infirmiſſimam, ſi Melchiſedecus eo Geneſeos loco non ſacrificavit, nuſquam ſacrificavit; quod alibi non legatur ſacrificaſſe. Quæ enim fecit & geſſit Melchiſedecus, ea certe non curavit ſcribenda Moſes omnia. Sat ſit quod ſacerdotem ſcripſerit eum fuiſſe: & quia ſcripſit, ne dubitemus. Partem etiam muneris ſacerdotalis addidit,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

ut ſacerdotem confirmaret, nimirum quod Abrahamus ei decimas impertiverit.

VI. De veteribus patribus reſpondeo fateri me veteres doctores fere omnes ad ſacerdotium Melchiſedeci locum tranſtuliſſe, Cyprianum, Arnobium, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, Cypriani ſimium, & reliquos pene omnes, non ubique tamen, ſed & ante eos non ſic expoſuere Iuſtinus adverſus Tryphonem, Iuſtinumq; ſequutus & imitatus Tertullianus, lib. 5. adverſus Marcionem numero marginali 18. Porro veterum expoſitio me non in magnam trahit admirationem, quos, (bona eorum venia dictum velim) ubicunque panis & vini in ſcripturis inveniebant mentionem; locum fere ad Euchariſtiam detorſiſſe, & hujus illa typum fuiſſe σὺν πολλῇ παῤῥησίᾳ ſcripſiſſe manifeſtum eſt. Maldonatus verſum exponens, *de torrente in via bibet*, quorundam veterum opiniones recitabat, Arnobii maxime, quas minime probat. Quare potius hic antiquis me adſtringet, præſertim cum hic ex contextu nequidem per allegoriam ſacrificium elici queat? Illic autem allegoria non incommode locum habere poſſit? Hactenus nobis ſacroſancta ſit, valeatque Patrum authoritas, quatenus ſcripturæ verbis eſt conſentanea.

neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

neque enim juxta Pythagoræ diſcipulos præjudicata doctoris opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda eſt, ut Minerio & Alexandro loquitur Hieronymus. Quid quod veterum, *panes*, numero plurali græci, quos ſequutus eſt Auguſtinus in quæſt. mixtim, quæſt. 109. *Melchiſedec*, inquit, *protulit Abrahæ panes & vinum.* Sic. 1. Reg. cap. 11. 18. panis, numero unitatis Hebræis, *panes*, ſunt numero multitudinis Græcis. Hieronymo autem cibi. & Hierem. cap. ult. verſ. 6. alimenta. opera loquor dedita, & panibus, numero plurali. Si enim dicerem, *panem*, cibum hic notare (quemadmodum alibi ſæpe ut Lucas Act. cap. 14. 17. ad Pſalmum alludam 104. 14. pro pane dicit cibum) ſignificationem hanc ſacrificio Euchariſtiæ non quadrare facile Maldonatus iret inficias: propterea quod hic panis piſtorius, cibi ſpecies requiritur. Verum quando panes de uno non dicuntur pane, ſed cibos notant, propter pluralem numerum, locus ſacrificio Euchariſtiæ non accommodabitur: (panis enim Cœnæ panis eſt piſtorius, ut dixi, (quales ſunt panes Ioan. cap. 6. 9. 11. 13.) cibi ſpecies, quia fractus & diſtributus, tanquam pro pane, pro cibis aliis non item. Sic vel ore Maldonati, Rabbi Salomon, *Melchidecum*, ait, *panem & vinum*

Abraha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Abrahamo ad exercitum reficiendum protuliſſe; cui ſuccinit Ioſephus, cujus græca verba quia elegantia ſunt, adſcribere placet; ἐχορήγησε δὲ οὗτος ὁ Μελχισεδέκης τοῦ Ἀβραάμου στρατοῦ ξένια, καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων παρέχε, id eſt, *ſuppeditavit autem iſte Melchiſedecus Abrahami exercitui dona hoſpitalia, magnamque copiam rerum victui neceſſariarum præbuit.* Hebræos etiam idem ſentire cum Rabbi Salomone, & Ioſepho ſcribit Hieronymus ad Euagrium, *in refectionem tam ipſius, quam pugnatorum eius, panes, vinumque protuliſſe, & benedixiſſe ei.* Agnoſco etiam hic in Hieronymo, panes, numero plurali quales etiam exercitui ſuo reficiendo Gedeon requirit, à Sochothæis & Phanuelitis Iudic. cap. 8. 5. 6. 15. in græco & latino. Certe quos vocat ἄρτους Ioannes cap. 6. 5. 7. Marcus βρώματα, eſcas & Lucas cap. 9. 12. ἐπισιτισμὸν, cibaria, commeatum. Bona vererum pars ajunt, quidem Melchiſedecum Deo obtuliſſe: verum panem & vinum oblata Abrahamo, habeo etiam ex patribus. Vetuſtiſſimus Paulus Heb. cap. 7. 1. Melchiſedecum, ait, Abrahamo à prœlio revetenti occurriſſe, & ei benedixiſſe, id eſt, ſi cum Geneſi locum conferas, exque duobus unum conficias, *Melchiſedecum Abrahamo à prœlio revertenti occurriſſe, eundemque*

illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

illum Salemæ regem huic panem & vinum protuliſſe ſive obtuliſſe, & eum ipſum Dei ſummi ſacerdotem huic etiam benedixiſſe. Obſecro quis jam in Geneſi dativus eſſe poſſit verbi, *protulit*, ſive, *obtulit*, niſi relativum, *ei*, ſubauditum quidem in Hebræo, à Græcis autem expreſſum, paulo poſt alteri verbo, *benedixit*, per hypozeugma ſubjunctum? An, *Deo*, qui ſubaudiatur extrinſecus? Quod ſi, *Deo*, relativum, *ei*, poſt expreſſum, quem referet? Deum ne? atqui vult Paulus ut referat Abrahamo, quem ſequuntur Cyprianus Epiſt. ad Cæcilium, & Auguſtinus lib. 6. de Civit. Dei cap. 22. In quæſtionibus mixtim quæſt. 109. & contra adverſarium legis & prophetarum cap. 20. Certe ipſe Auguſtinus eo quæſtionum loco refert, *Abrahamo Melchiſedecum panes & vinum non ſolum protuliſſe, ſed & prolatos obtuliſſe*, ut & hinc quid offerre apud multos patres ſignificet, intelligere poſſimus, atque ob id Cyprianus, & Auguſtinus in panis oblatione Melchiſedecea dativum, *Deo*, vix exprimunt. Quod ſi locus tamen objiciatur Auguſtini lib. 83. quæſtionum, quæſt. 61. *ut illud quod Melchiſedec obtulit Deo, iam per totum orbem terrarum in Chriſti* Eccleſia *videamus offerri*; remittam eum ad illum ipſum Auguſtinum contra adverſarium legis

legis & prophetarum cap. 20. lib. 16. de Civit. Dei cap. 22. & lib. 17. cap. 17. & de fide ad Petrum Diaconum cap. 19. ubi ſimiles ſententiæ leguntur. Nunc ergo aut ex iſtis locis, clarum ſit illic verbo, *obtulit* poſtponendam diſtinctiunculam, non autem dativo, *Deo*, ut dativus ad infinitivum *offerri*, pertineat non ad præteritum, *obtulit*, legaturque, *ut illud quod Melchiſedec obtulit, Deo iam per totum orbem terrarum in Chriſti Eccleſia videamus offerri*. Aut Auguſtinum eadem in ſententia diverſa dicentem à ſe ipſo non diſſentire oſtendatur. Tertullianus lib. adverſus Iudæos, refert, *Abrahamo de prœlio revertenti Melchiſedecum panem & vinum obtuliſſe*, quem ſequitur Petrus Lombardus lib. 8. diſt. 8. quemadmodum apud Damaſcenum lib. 4. de fide orthod. dicitur, *Melchiſedecus Abrahamum pane & vino excepiſſe*. Sermo de Cœna Domini inter opera Cypriani, Chriſtum ſane ſummum ſacerdotem in cœna panem & vinum non dicit offerre Deo, ſed filiis Abrahæ facientibus opera ejus panem & vinum proferre; eaque ſacramenta olim à tempore Melchiſedeci fuiſſe ſignificata. Porro Canonis Miſſæ latinæ (in græcis enim liturgiis non memini me legere) *Et* (ſacrificium) *quod tibi obtulit ſumus ſacerdos tuus Melchiſedec*, ex veterum

inter-

interpretatione in canonem videtur illata. quare quæ & illic dicta ſunt, par eſt ut hic valeant. Iam hic de oblationis apud veteres mentione abſolvam. Venio ergo ad benedictionem.

VII. Ad ſuperiores ſolemnem pertinere benedictionem dubium non eſt. Sed de ſacerdotali tantum hic agi benedictione liquet, quod ſacerdotis nomen in contextu non potius ad decimarum acceptionem, quæ ſubjungitur, poſſit pertinere, quam ad benedictionem, quæ propior eſt ipſi ſacerdotis nomini: decimas autem ſacerdotii reſpectu ſubjunctas fuiſſe nullus inficiabitur. Atque ob id Paulus Heb. cap. 7. 2. benedictioni eas proxime addidit, ambas etiam paulo poſt ordine inverſo ſacerdotio accommodans. Nam præcipuus Epiſtolæ ſcopus eſt, ut Chriſtum oſtendat ἀρχιερέα (ſacerdotem ſummum & Pontificem maximū) quemadmodum his rebus Melchiſedecus eſſe declaratur ἀρχιερεὺς eumque perpetuum, qualis verbis ſequentibus oſtenditur etiam Melchiſedecus. Si enim vinculum conſideremus ætiologicum γὰρ, *enim*, capitis initio 7. unde pendeat, inveniemus profecto hujus reddere rationem ſententiæ, τῆς ſecundum ordinem Melchiſedec pontifex factus in æternum: ut nimirum quemadmodum ponti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

pontifex perpetuus Melchiſedecus, ſic etiam ſit Chriſtus. Nam perpetuum eſſe Pontificem Melchiſedecum probat Paulus verbo in finem periodi rejecto verſ. 3. τῷ *manet ſacerdos in perpetuum*. Ex quo apparet, quoſdam novos Interpretes haud ſatis conſiderate feciſſe, qui ſtatim initio capitis de ſuo verbum ſubſtantivum, *erat*, addiderunt, id eſt haud ſecus ac qui Epheſ. cap. 3. in initio capitis immiſerunt, *ſum*, ubi verbum principale per Epanalepſim collocatum eſt verſu 14. *Huius* inquam, rei gratia flecto genua &c. vetus interpres, utrobique à græcis non diſcedens, ea ſimpliciter & ſyncere reddiderat. Sed redeo ad Hebr. cap. 7. quæ poſt præcipuum illum ſcopum eo capite ſequuntur, ad amplificationem dignitatis & excellentiæ perpetui Chriſti ſacerdotis cum dignitate & excellentia comparatæ perpetui ſacerdotis Melchiſedeci multo præſtantiore & utiliore, quam fuerit Aharonæorum ſacerdotum dicuntur, & pertinent. Huc uſque de Melchiſedecica benedictione.

Cæterum inter argumenta ſua Maldonatus ad diſſolvendum argumentum adverſariorum ſe accingebat, quo videri poſſet panis in Geneſi & vini oblatio nihil ad comparationem ſacerdotii Chriſti facere: cum poſt tot minutias in ſacerdote Melchi-

Melchiſedeco exagitatas, perpenſas, & in argumentum comparationis adductas, mirum ſit toto eo capite 7. de panis & vini Melchiſedecica oblatione ſilentium. quæ tamen eo maxime conduceret non tacita. Atque hujus ſilentii, ſi ſatis memini, cauſam aſſignabat, Paulum ad Neophytos hebræos, necdum in religione Chriſti ſatis confirmatos, ſcribere, qui ad tam altum Euchariſtiæ myſterium attingere nequirent, eoque Pauli dictum afferebat, *De quo nobis grandis ſermo, & ininterpretabilis ad dicendum*, cap. 5. Sed quæſo te, an non hanc ipſam cauſam, ſi vera ſit, in medium attuliſſet Paulus his aut id genus verbis. Comparationē etiam poſſem alio firmiſſimo argumento amplificare, panis nimirum, & vini Melchiſedecica oblatione omnibus ex Geneſi diſerte narratio ſatis nota, ſed difficilius eſt myſteriū, quam ut rudiores capere valeatis? Adde quod Melchiſedecicæ myſterium æternitatis, verbaque de eo in contextu poſita; non minus, imo magis, ardua videntur. Deinde ad quos Hebræos ſcribebat Paulus, illi rudes omnes non erant, cum illis diceret; ad perfectionem feramur cap. 6. Iam finis de hac Maldonati prælectione faciendus eſt: quæ enim ſuperſunt, aut me fugerunt, aut parvi momenti viſa ſunt. Scio equidē illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

illum de ſanguine novi teſtamenti loquutum, locumque Exod. cap. 24. *Iſte eſt ſanguis teſtamenti* &c. cum Matth. cap. 26. *Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti*, compoſuiſſe: deque verbo repræſentare, quod præſentia reddere, ſignificaret, verba feciſſe. Sed cum, quorſum, quave de cauſa id fecerit, neque ego, nec tu, ut mihi coram referebas, probe intellexerimus, ſatius eſſe duxi tacere. Hoc tamen non diſſimulabo, locum Matthæi cum Exodi non bene convenire, quatenus ille duo membra continet, nempe, hoc eſſe ſanguinem Chriſti, eoque amplius, Hunc Chriſti ſanguinem eſſe novi fœderis confirmationem. Iſte autem unicum, hunc ſanguinem eſſe confirmationem fœderis quod pepigit dominus. Iuxta hoc quidem membrum poteſt Exodo cum Matthæo convenire, & oblationi Euchariſtiæ non prodeſt. De verbo, *repræſentare* ſic habeo, ejus eſſe ſignificatum, ut cum ſuo accuſativo ſolo rē ipſam, de qua agitur, præſentem ſiſtat, ſicut apud Tertullianum lib. 4. adverſus Marcionem, numero marginali 36. *Itaque iam* (pater) *repræſentans eum* (filium) *hic eſt filius meus*, inquit. & numero 37. repræſentat creator ignium plagam Elia poſtulante in illo Pſeudopropheta. Sic apud eundem Tertullianum lib. de Reſurrectione Carnis nume-

numero 11. *Legimus,plenitudinem, perfectionemque iudicii* (ultimi) *non niſi de totius hominis repræſentatione conſtare, totumque porro hominem ea utriuſque ſubſtantiæ concretione parere: idcircoque in utraque exhibendum, quem totum oporteat iudicari.* Et numero 13. *Carnem etiam repræſentandam in iudicio*; ubi autem *repræſentare* accuſativum haberet cum caſu auferendi, vel ſecundo accuſativo, præcedente præpoſitione, *per*, ibi præſentem non ſiſti rem ipſam, ſed rem ejus loco alterum per ablativum aut alterum accuſativum ſignificatam, ut, *repræſentare per procuratorem*, ſive, *in procuratore*. Sic Ambroſius de obitu Theodoſii; *Sed tamen*, inquit, *tu ſolus Domine invocandus es, tu rogandus, ut eum* (Theodoſium) *in filiis repræſentes.* Sic Tertullianus lib. 1. adverſus Marcionem Num. 9. *Nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat, (reprobavit).* Qui idem Tertullianus aliis verbis in eundem tamen ſenſum libro de oratione in explicatione panis orationis dominicæ, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, dicit, corpus Chriſti in pane cenſeri, *iuxta dictum, hoc eſt corpus meum.* Quod dictum, ne cui peregrina videantur illa duo Tertulliani enunciata, Tertullianus ipſe lib. 4. adverſus Marcionem numero 60. auſus eſt interpretari, id eſt, *figura corporis mei*;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mei; de qua corporis figura loquutus etiam fuerat lib. 3. numer. 13. cum diceret, *Corporis ſui figuram pani dediſſe.* Non quod tamen à cœna velit abeſſe Chriſti corpus: nam libro de pudicitia dicit, *opimitate dominici corporis veſci*, Euchariſtia ſcilicet, &, *accipere corpus Domini* lib. de orat. cap. de ſtationibus. Si quis locum Hieronymi in Matthæum cap. 26. *Poſtquam typicum Paſcha fuerat, impletum, & agni carnes comederat, aſſumit panem qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum; ut quomodo in præfiguratione eius* (Chriſti) *Melchiſedec ſummi Dei ſacerdos, panem & vinum offerens ipſe quoque ſignum ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.* Si quis, inquam, locum & ſimilitudinem attentius animadvertat, Hieronymum videbit ad Tertullianum accedere, quando dicere videtur ille, Chriſtum aſſumpta, panem & vinum, offerentem, ſive pane & vino oblatis, ſui corporis veritatem repræſentare, quemadmodum eum illud facturum præfigurarat Melchiſedecus panem & vinum offerens. Cui autem hæc utraque facta ſit oblatio, velut ad Hieronymum reſpiciens, declarat Auguſtinus, in quæſtionib. mixtim, quæſt. 109. (*Melchiſedec*) inquit, *Abrahæ primum, quaſi Patri fidelium, tradidit Euchariſtiam corporis & ſan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

& ſanguinis Domini, ut præfiguraretur in patre, quæ in filiis eſſet futura veritas. Id eſt, ut daret Abrahamo Melchiſedecus Euchariſtiæ figuram, cujus Abrahami filiis Chriſtus traditurus eſſet veritatem. Ita etiam, quod jam citatum eſt, legimus apud Cyprianum ſerm. de Cœna Domini (Chriſtum) magiſtrum inconſumptibilem cibum apponere diſcipulis, & ſignificata olim tempore Melchiſedeci prodire ſacramenta, & filiis Abrahæ facientibus opera ejus ſummum ſacerdotem panem & vinum proferre.

Ad poſtremam Maldonati lectionem venio, cui etiam interfuimus. Ea certe eruditionis & doctrinæ plena fuit; ſed hoc vix ferre poſſum, quod cum eorum refelleret opinionem, qui dicerent, *De torrente in via bibere*, ſtrenuorum per periphraſin eſſe militum, qui hoſtes avide & incunctanter inſequerentur, dicebat hoc intellectu decreſcere orationem & remitti, quæ increſcere deberet & intendi: propterea quod victor Chriſtus ante ſtatueretur de hoſtibus, qui hic eos tantum perſequeretur. Sed in memoriam non revocarat, quod eum in ſcriptura ſacra latere non poteſt exercitatiſſimum, ordinem nimirum hiſtoriæ & rerum ſacris in literis perpetuo non ſervari, ut hyſteron proteron

ron in eis non raro cogamur agnoſcere. Cujus unicum exemplum illudque evidentiſſimum, nunc afferam Coloſſ. c. 2. 5. *gaudens & videns ordinem veſtrum*, pro, *videns ordinem veſtrum, & gaudens.* Atque is rectus harum ordo vocum habetur Act. cap. 11. 2. 3. *qui cum perveniſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gaviſus eſt.* & 1. Sam. cap. 13. 5. *vidiſti & lætatus es.* Quod niſi toto Pſalmo eſſet aſyndeton, *&*, copulativa conjunctio hic præponeretur, quæ, pro, *poſtquam*, frequenter uſurpatur ab hebræis, ut eſſet, *poſtquam de torrente in via biberit*; quanquam & abſque copula poteſt verti, *biberit*, in futuro ſubjunctivi, quo carent hebræi, uno indicativi contenti, quod ad omnes noſtros modos transferunt. Voluit igitur David ſtrenui militis vel Imperatores tam ardens & continuum perſequendi hoſtis ſtudium deſcribere, ut ne otium ſibi quidem permittat ſiti enecto, domi vel in tentorio bibere quiete; ſed inſtitutam viam, (nam hebraicus articulus hanc vim habet, & energeiam) tenere pergens, aquam torrentis, licet turbidam, tumultuoſe bibat. Supereſt ſcrupulus de ſubjecto verbi, *Bibet*, nam arbitrabatur Maldonatus eſſe nomen, *Dominus*, ut in incœpta Syntaxi Pſalmus perſeveret. Quin & eo divertit (quippe qui videret duriuſcu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

duriuſculum eſſe quod dicebat) ut liben-ter lectionem, punctorum reſpectu, aſ-ſentiretur eſſe corruptam, nempe יִשְׁתֶּה Iiſteh, *bibet*, poſitum pro יַשְׁתֵּה Iaſteh, *faciet bibere*; ſed frequentiſſima apud He-bræos perſonarum enallage, conſtanſque in omnibus codicibus lectio, illum arcere continereque debuerant, quæ perſonæ ſe-cundæ pro tertia mutatio, etiam à verſu *6. Iudicabit in nationibus* initium habere poteſt pro, *Iudicabis in nationibus*.

Hæc de duabus prælectionibus Maldo-nati, quas tecum audivi, mi F. ita nolim accipias, quaſi viro doctiſſimo detrahere, aut ejus famam imminuere placeat: ſed tanquam inter nos familiariter & in au-rem dicta, cum aliis non communicanda. Alioqui voce qui docet, multa profert in-cogitantius ex tempore, quæ ſi ſcripto mandaret, mature meditata & elaborata prodirent. Bene vale.

Σὺν Θεῷ.

Quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Quia doctiſſ. vir P. Picherellus, agnoſcit, quæ ex Maldonato affert & examinat, ſe excepiſſe ex dicentis ore, non ſine aliqua difficultate, & poſſet aliquis ſuſpicari nonnulla eſſe vel addita, vel præterita quæ maxime ad rem facerent, ut fit in talibus quæ ſolo auditu percipiuntur, vacaturis alioqui nonnullis pagellis, ipſa verba Maldonati viſum eſt hic adiicere, ex ipſius commentario poſtea edito, Moguntiæ, ſumptibus Ioannis Kinckes 1611. pag. 797. & ſequentibus.

Nos urgemus & conſtanter defendimus Melchiſedecum ſacrificaſſe, & nitimur ex eo, quod dicatur, *erat enim ſacerdos Dei altiſſimi,* non enim fruſtra hoc addidit ſcriptura, hæc autem non poteſt eſſe ratio, ſeu cauſa, cur aliud fecerit Melchiſedech, quam ſacrificaverit; ergo vere ſacrificavit: ſed Calviniani reſpondent, non reddi cauſam cur ſacrificaverit, ſed cur benedixerit Abrahamo, unde in noſtra verſione legimus, proferens panem & vinum benedixit ei, nempe Abrahamo, quia erat Melchiſedech ſacerdos Dei altiſſimi: ſed iſta reſponſio nulla eſt; primo quia quamvis nunc in Hebraicis codicibus ſit tantum una periodus, ut conſtat ex verbis ſupra poſitis, qui quidem codices corrupti fuerunt à Rabbinis inimicis noſtræ religionis Chriſtianæ multis in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

locis, præcipue iis, in quibus erant fundamenta noſtræ religionis, per puncta neſcio quæ, quæ fuerunt adjecta propter ignorantiam lectorum, ſicut accentus apud Græcos: tamen in antiquis codicibus erant duæ periodi. prima quidem iſta verba continebat, *At vero Melchiſedech rex Salem protulit panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei altiſſimi.* ſecunda autem periodus apud Hebræos incipiebatur, ויברנחו quæ quidem verba non ſunt adhuc mutata, &, quidem, ך. multa ſignificare poteſt, ſed ſignificabat hic conjunctionem adverſativam, autem, ut eſſet ſenſus, & inciperet periodus, *Benedixit autem ei & ait, Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum & terram.* Quod ſi ita legamus ſicut antiquitus legebatur: ut conſtat ex codicibus Hebraicis, qui adhuc non ſunt notati punctis, certum eſt cum dicitur, *erat enim ſacerdos Dei altiſſimi,* non reddi cauſam ejus quod eſt dicendum in ſequenti. Ideo debebat reddi cauſa, cur protulerit panem & vinum. Iſta autem cauſa eſſet abſurdiſſima, niſi ſacrificaſſet panem & vinum; ſed tantum protuliſſet panem communem Abrahamo, ut ederet, & reficeret vires cum ſuis etiam militibus: ergo ſactificavit panem & vinum. Secundo etiam ſi legamus, ut nunc legi-

legimus, ſolum in una periodo, tamen non poſſet reddi cauſa, cur benedixerit: cauſa enim alicujus rei ſemper debet reddi; poſt quam res illa narrata eſt, præſertim cum cauſa illa ponitur in aliqua parentheſi, iſta enim particula (enim) dicitur referri ad aliqua præcedentia, non ad conſequentia, ſicut facile perſpici poteſt per diſcurſus ſacrarum litterarum, ſed ſolum unus locus omnino ſimilis in præſentia ſufficiet: ait D. Paulus epiſt. ad Epheſios cap. 5. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate in omni bonitate, iuſtitia, & veritate, fructus enim lucis*, inquit, *eſt in omni bonitate, iuſtitia, & veritate.* Quare etiam hoc loco, ſi vellet ſcriptura reddere cauſam, cur Melchiſedech benedixiſſet Abrahamo, non diceret, *proferens panem & vinum, erat enim ſacerdos Dei altiſſimi, benedixit ei,* ſed diceret potius, proferens panem & vinum cum eſſet ſacerdos Dei altiſſimi benedixit, & ſic iſtam cauſam poſſe accommodari huic verbo, benedixit, quod cum non dicat, certe debemus dicere Melchiſedech dici ſacerdotem, non quia benedixit Abrahamo, ſed quia propoſuit & protulit panem & vinum. Quapropter ſi cauſſa aliquid habet virium, debet ſacrificaſſe panem & vinum. Tertio non erat neceſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

dicere Melchiſedech eſſe ſacerdotem, ut benediceret, quia quamvis ſine ulla contradictione, quod eſt minus, à meliore benedicatur, ut inquit D. Paulus epiſt. ad Hebræos cap. 7. tamen non eſt proprium ſacerdotis benedicere, ut ſolis ſacerdotibus conveniat, quia reperimus multos alios benedixiſſe, qui non erant ſacerdotes, quemadmodum Iſaac benedixit filio ſuo Iacob, ut habetur. Geneſ. cap. 27. 28. & 48. Iacob benedixit duobus filiis Ioſeph, Ephraim & Manaſſe. Quocirca Melchiſedech non dicitur ſacerdos Dei altiſſimi, quod benedixerit Abraham; ſed quod obtulit ſacrificium panis & vini: ſed Calviniſtæ ſi fuiſſent ſubtiles & docti, non debebant dicere reddi cauſam cur benedixit, ſeu ipſius benedictionis, ſed formæ benedicendi, qua ſcilicet uſus eſt Melchiſedech in benedicendo Abraham: ſubtilius enim dixiſſent (quamvis nemo eorum etiam dicat) ideo adferri iſtam cauſam, nempe (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) quod Melchiſedech benedixerit Abrahamo non quomodocunque, ſed Deo excelſo, ſeu in nomine Dei altiſſimi, quia Melchiſedech erat ſacerdos, non Hebræorum, ſed gentium. Quare ut diceret Deo excelſo, ad diſtinctionem Deorum aliorum falſorum, potuiſſet pro-
move-

movere ſcriptura, ideo benedixiſſe in nomine Dei excelſi, quia erat ſacerdos Dei altiſſimi, ſed hoc etiam non eſt neceſſe, ſed ut benediceret in nomine Dei excelſi, ſatis erat, ut eſſet cultor, & crederet in Deum verum, ſeu excelſum, ſicut Iſaac & Iacob benedixerant etiam filiis ſuis, in nomine Domini Dei excelſi, & tamen non fuerunt ſacerdotes, ſed ſolum veri cultores Dei excelſi, quemadmodum conſtat ex Geneſi, locis ſuperius citatis. Quare voluit ſignificare ſcriptura aliquid majus quam benedicere, & ſic ſacrificare. Quarto id probatur, ſcilicet Melchiſedech vere ſacrificaſſe, quod verbum Hebraicum, quod ſignificat Sacerdotem ſecundum noſtram verſionem, ſit participium activæ vocis, licet enim hæreticos, præcipue Calvinianos reducere ad grammaticam, & non ſolum ſignificet Sacerdotem, ſed etiam ſacrificantem, quod etiam obſervarunt veteres Rabbini. Quod ad recentes, eadem fere cum illis, atque cum Calvinianis controverſia hoc loco eſt, quemadmodum antiquus ille Rabbi Moyſes, & alii; unde verbum אל. *el*, quod ſignificat Deum, non proprie debere verti ex illo patet in genitivo caſu, ſed in dativo, ut dicatur; erat enim Sacerdos ſacrificans Deo altiſſimo, & non Dei altiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

mi, ut planius fiat, Sacerdotem non ſolum officium, ſed ipſum actum ſacrificandi ſignificare: non poteſt autem dici aliud Melchiſedech ſacrificaſſe, quam panem & vinum, quia ſi ſacrificaſſet alia, non diceretur à D. Paulo differre à Sacerdotibus Aaronis, ſicut dicitur epiſt. ad Hebræos cap. 7. adde quod etiam ſcriptura non dicit, neque aliud ſacrificaſſe, neque etiam obtuliſſe, aut protuliſſe, quam panem & vinum: ergo revera ſacrificavit panem & vinum. Quinto D. Paulus epiſt. ad Hebræos cap. 8. docet, omnem Sacerdotem conſtitui ad offerenda ſacrificia. *Omnis autem Pontifex*, inquit, cap. quinto, *ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis*, quod iiſdem verbis repetit capite octavo. *Omnis enim Pontifex*, ait, *ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur*, ſed ſcriptura docet, Melchiſedech fuiſſe Sacerdotem, ut ſuperius dictum eſt: ergo vere ſacrificavit, atque adeo panem & vinum, quia dicere aliud ſacrificaſſe, amentis eſt.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

*Secundæ lectionis verba, quæ à Picherello examinantur,pag.eiuſdem voluminis pag.*815.

Sed Calvinus, non contentus iis ſcholiis, quæ ſui appoſuerunt Bibliis Gallicis, dixit, de torrente in via bibere, hoc loco ſignificare eſſe ſtrenuum militem, ut milites Gedeonis, ut habetur Iud. 7. qui ſtrenuiores erant, biberunt de torrente. Egregia ſane & digna tanto viro interpretatio, qui veritatem Euangelicam ante occultam cum hominibus habitare fecit: ſi enim bibere de torrente ſignificat ſtrenuum militem, quare Deus dixit Gedeoni, ut præciperet toti multitudini militum, qui flexo poplite, & pleno ore biberant, ut redirent in tabernacula ſua. Quapropter cum milites Gedeonis, & boni & mali de torrente biberint, atque mali magis quam boni, certe hoc exemplum potius facit contra Calvinum, quam probet ſuam interpretationem. Præterea oratio quæ deberet augeri decreſceret, quaſi diceret, confregit reges, & quaſſabit capita, & judicabit, ſeu occidet nationes, & David erit ſtrenus miles, idem eſſet, ac ſi diceret regem Galliæ viciſſe omnem terram poteſtate, ac occidiſſe minimum ex ſuis ſubditis, quod abſurdum eſt, cum ſcilicet volumus aliquid magni facere, adjungimus aliquid in com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

paratione , quod minus ſit præcedentibus.

Hæc ille, quæ ſatis indicabunt, non ſolum quam diligens fuerit auditor: ſed etiam quam ingenuus & candidus in ſua relatione, & quanto cum iudicio omnia expenderit, & ad veritatis regulam exegerit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 40